Ex libris Cong. S. Mauri Romae 1689

CODEX MINIMVS.

S. ORDINIS MINIMORVM S. FRANCISCI DE PAVLA.

STATVTA OMNIA, ETIAM CAPITVLORVM GENERALIVM, non reuocata, comprehendens.

Adiectis Elucidationibus in quamplurimis casibus, qui aliquas patiuntur difficultates.

Authore R. P. STEPHANO ISNARDO Tolonensi eiusdem Ordinis, sacræ Theologiæ professore.

PIETATI. IVSTITIAE. CHARITATI. PACI. VERITATI.


Quicumque hanc Regulam sequuti fuerint, Pax super illos. Gal. 6.



LVGDVNI,

Ex Typographia Petri du Plessier.

M. DC. XXXI.



REVERENDISSIMO P. P.
FRANCISCO A LONGOBARDIS,
S. ORDINIS MINIMORVM
CORRECTORI GENERALI.
ET
REVERENDIS ADMODVM PATRIBVS,
IGNATIO A NEAPOLI, IOANNI PINNA
ET IOANNI KERMAREK;
eiusdem Generalis Collegis.

F. STEPHANVS ISNARDVS MINIMVS
& obsequentissimus subditus.

Spiritus septiformis superabundantiam: & Bonum quòd exuperat omnem sensum.

EXultat a terra nostra, sacrique nostri Ordinis, Pater Reuerendissimè, Reuerendi admodùm Patres, collætantur Prouinciarum insulæ multæ, si non omnes: quia nostris temporibus eodem pari modo regnauit Dominus, quo tempore Dauidis; quandò terra ipsius restituta est ei, cui soli debebatur. Sic, Ordo quem cœle-

a *Psal. 96. cui titulus.* Ipsi Dauid quãdo terra ipsius restituta est.

ſtis ignis ille præcedit & inflammat, ſub quo militat, dùm intus & extrà comburit inimicos ejus; Dei ſedes, qui in eo ma-
a 1. Ioan. 4. net qui permanet in [b] charitate, ſit omninò pacifica. Sic illuxerunt orbi terræ virtutum eius fulgura coruſcantia, quæ vidit & commota eſt terra. Montes ſicut cera fluxerunt, à facie Domini: à facie Domini omnis terra, ſeu terrena cogitatio. Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius: gloriam in-
b Iſay. 35.2. quam [c] Libani mirifici candoris & ſimplicitatis, quæ ab ortu data eſt ei. Audiuit & lætata eſt Sion, & exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Non ideò tamen, tua ſedes hæc Minima perfecta eſt
c D. Leo ſerm. 4. de Quadrag. d D. Auguſt. ſerm. 9. de verb. Dom. omnino: maximè ſi [d] neceſſe ſit de mundano puluere etiam Religioſa corda ſordeſcere. Sumus quippe [e] fragiles homunciones, lutea vaſa portantes, quæ faciunt ſibi inuicem anguſtias. Sed conſolatur nos qui dicit; iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius. Quotidiani defectus etiam minimi, correctionem requirunt, vt perficiatur ſedes iſta: correctionem inquam, & qua ſeipſum quiſque corrigit; & qua quilibet ſubditus corrigendus venit à ſuperioribus, quos ob hanc cauſam vocamus
R.F. 44. Correctores. Iuſtitia autem & iudicium,

correctio sedis huius. Non iudicium solùm, sed iustitia prima, quam iustum sequitur iudicium. Iudicium namque quod iustitia vacat, manifesta est iniustitia: nec correctio, sed contritio, sed destructio; sed exacerbatio est. Accedat ergo iustitia cum iudicio, ad sedis huius correctionem. At hoc fieri nequaquam potest; statutis nostris regularibus violatis; quæ nos obseruare debere, (sacris Canonibus & Regulæ non dissona, sed ad illius obseruantiam vergentia, loquor) nemo sanæ mentis inficiabitur. Huic obseruãtiæ, omnium prima resistit nubes & caligo, quæ in circuitu sedis huius est: atque vtinam non intrà sedem ipsam: ignorantia scilicet statutorum; neque enim ferri potest voluntas in ignotum. Nec dubito a repellendos esse ab illo b cuius lex multiplex, qui statutorum scientiam repellentes, in illorũ ignorantia requiescere vellẽt; quæ malis fauet, bonis nocet; c malum bonum dicit, & bonum malum; d cui adhæret sedes iniquitatis; quæ in præcepto laborem fingit; dissonantiam causat; nec variè solùm, sed contrariè prorsus idem negotium in variis concludit locis, quantumlibet eadem ratio militet vtrobique. Imò, & quod peius est omnium, in vno reprobat, quod ap-

a *Osea* 4.6.
b *Iob* 11.6.
c *Isaya* 5.20.
d *Psal.* 93.20.

probat in alio. Cum ſtatutorum ſcientia, ignorantiæ velamen tollat, bonis auxilietur, malos coërceat, iniuſtitias vitet, iniuſtos rubore perfundat, nec det anſam proceſſibus, vt malè quidam putauerunt, ſed potius illam tollat, cum deciſionem litis ſtatim proferat. Hæc eſt quæ docet quid faciendum in variis euentibus, à quo cauendum, quo iure vnicuique vtendum, qualiter amplectendæ & remunerandæ virtutes, conſideranda merita, vitanda & animaduertenda delicta. Sine hac, qui optimus eſt inter Regulares,[a] quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. Hæc eſt, quæ ità Deum adorandũ docet à Regularibus, qui Angelici debẽt eſſe, vt omnes & ſingulos illos confundat, qui adorare cogitarẽt quos execramur [b] recentes Deos: quos [c] D. Hieronymus ſuperbiam, auaritiam, & vitium quodlibet interpretatur: & qui gloriari poſſent in vanitatum ſuarum ſimulacris. Sine hac, [d] iuſtificatur impius & cõdemnatur iuſtus: licet vtrumque ſit abominabile apud Deũ. Neque deinceps qui hæc agere vellent excuſandi, [e] quia neſcient quid facient; cũ de facili quiſque nunc ſcire poſſit. Vndè nulli mirum videri debet, quod [f] in octo ex Capitulis noſtris Generalibus ſit ordinatum, vt imprimerentur

a Michea 7. 4.
b Pſal. 80. 10.
c ibid.
d Prouerb. 17. 15.
e Lucæ 23. 34.
f Vide verbo Statuta.

rentur statuta nostra. Mirandum potius, toties hoc neglectum fuisse: cum ignorantia fratrum delectari nō debuerint ij, quibus commissa fuit prouincia negotij huius peragendi. Quomodocumque hoc acciderit, alij viderint. Hoc vnum curo, vt omnia omnium nostrorum Capitulorum Generalium statuta, à multis dudum desiderata, & in sūma redacta, pro Religionis nostræ fœliciori statu, notiora sint omnibus: vt illorum depulsa caligine, loco illius, eorumdem clarior scientia introducatur; [a] quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. [b] Neque enim mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. Licet [c] nouissimus euigilauerim, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores: in benedictione tamen Dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular. [d] Attendite ergo ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Audite, non me, sed Beatum Patrem; sed celebriores & antiquiores Patres nostros, in Capitulis Generalibus congregatos; sed doctiores totius Ordinis; sed rationes euidentissimas: [e] audite inquam hæc, magnates simul & omnes populi; Superiores & subditi: vos maximè rectores sicut & Correctores, vniuersæ no-

a Sap. 7. 13.
b Eccli. 24. 47.
c ibid. 33. 16.
d Isai. 51. 1.
e Eccli. 33. 19.

ſtræ Eccleſiæ Minimitanæ, auribus hæc percipite. Vos inquam, quos altiſſimus ſuper omnem terram, & nimis exaltatus ſuper omnes Deos: qui ante tempora Ieſu filij Sirach, [a] ſedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis; ad ſupremam prædicti Ordinis deſtinauit moderationem; illis reuera ſimiles, [b] qui vocantur à Deo tãquam Aaron. Vos inquam, quos vt olim Patriarcham Ioſeph Sapiens, nunc licet [c] homines libere prædicabo, fratrum noſtrorum Principes & Rectores; gentis & Religionis noſtræ firmamentum; nec noſtri populi duntaxat, ſed etiam Statutorum Stabilimentum: audite & videte ſtatuta noſtra omnia, quæ vobis humiliter offero; vt authoritate veſtra firmentur; vt honoris debiti penſum reddam; vt ad illorum exactam obſeruantiam inuigiletis, cum zelo Eliæ vel Phinees: ita vt, ſi vel minima cogitatio occurreret illa negligendi, quæ veſtrarum animarum [d] pellem decolorare, ſicque pulcritudinem tollere niteretur, ad delectationem carnis, & conſenſum nunquam perueniat; ſed ſtatim reperiat os infractum, firmum ac ſtabile; primum inquam cordis veſtri propoſitum, quo ab ipſo aſſũptionis veſtræ inſtanti, de ità [e] cuſtodien

a *ibi.* 10. 17.

b *Heb.* 5. 4.

c *Eccleſ.* 49. 17.

d *D. Bernar. ſerm.* de ente carne & oſſibus animæ.

e *Cant.* 1. 5.

ſtodienda vinea vobis commiſſa cogitaſtis, vt a caperentur etiam vulpes paruulæ infractionum conſtitutionum, quæ ipſam ſenſim demoliuntur. Sic dicet vnuſquiſque veſtrum; b pelli ſeu cogitationi meæ; conſumptis carnibus acceptionis perſonarum; parentum inquam, amicorum, potentium huius mundi, pro nihilo habitis præcibus; adhæſit os meum, os de quo ſuprà, dictis omnibus reſiſtendo. Sic c eritis viri fortes, bellaque Domini præliabimini. Sic d Iudices effecti, iniquitates irrumpetis virtute: nec potentis faciem extimeſcetis: nec in æquitate ponetis ſcandalum. Sic iuſti eritis, e quorum ita Dominus omnia oſſa cuſtodit, vt ex illis ne vllum quidem conteratur. Sic de Corpore Domini, f cuius os comminutum non fuit. Sic odietis malum, qui diligitis Dominũ: qui & g protector veſter erit, & merces magna nimis: cuſtodit etenim animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos. Sic lux orietur iuſto, lætitia rectis corde: Interim, vos P. Reuerendiſſime, Reuerendi admodùm Patres, quos tota Religio iuſtos & veros religioſos prædicat, aſſiduè lætamini, ſed in Domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis eius, nos corporis ipſius mẽbra, per exactam ſtatutorum noſtro

a ibid. 2. 15.
b Iob 19. 20.
c 1. Reg. 18. 17.
d Eccl. 7. 6.
e Psal. 33. 21.
f Ioa. 19. 3.
g Gene. 15. 1.

nostrorum obseruantiam sanctificantes: ne tandem [a] sub habitu religioso animus secularis, sub pannis conuersionis reperiatur cor peruersum. Hoc cedet ad gloriam Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Sicut in principio, sic & nunc & deinceps. Cedet etiam in virtutum vestrarum memoriale perenne. Amen.

[a] D. Bern. serm. 2. de Quadrag.

Datum in Conuentu nostro Lugdunensi Kal. Augusti. 1631.

LECTO

LECTORIBVS BENEVOLIS.

De huius Codicis vtilitate.

QVod fuit ab initio Minimitanæ nostræ Religionis, à B. Patre Francisco de Paula pro nobis ordinatum: quod vidimus, quod audiuimus, quod de Statutis nostris Generalibus manus nostræ contrectauerunt, hoc annunciamus vobis: suadentibus S. Bonauentura, dum ait in expositione Regulæ S.Franc.c.8. Est præ cæteris necessarium, vt ordinationes Generalis Capituli publicentur celeriter. *Et S. Teresia à Cepeda Iesu, quæ Regulam & antiquorum PP. sui Ordinis constitutiones, suis Carmelitis commendat & exponit: illásque* perfectionis semitam esse dicit, *cap.4. libri quem de hac materia conscripsit. Sic, quod Romæ Gregorius Papa IX. per S. Raymundum S. Prædicatorum Ordinis* III. *Magistrum Generalem (qui sui etiam Ordinis constitutiones, antè confusas satis, in duas partes diuisit, vt nunc sunt) in Decretalium compilatione: Quod Bonifacius* VIII. *item Romæ per Illustrissimos Guillelmum Archiepisc. Ebrodunensem, Berengarium Episcopum Biterensem & Richardum de Senis tunc S.R.E. Vice-Cancellarium posteà Cardinalem, in Sexti Decretalium editione: Quod Ioannes* XXII. *Auenioni, in Clementinarum & Extrauagantium publicatione: Quod Imperatores semper Augusti, Constantinopoli; Theodosius minor in Codice Theodosiano, ad similitudinem Codicum Gregoriani & Hermogeniani; & Iustinianus, in Codice* Iustinianeo*, ex tribus præcedentibus, detractis detrahendis compilato: Quod Reges nostri Christianissimi Henricus*

III.

III. & IV. *in Codice quem vocamus Henricum : Quod Eminentissimi Cardinales, Deusdedit ; & Ara-(ali, relatus à R.P. Passarello in Schol. ex Genu.* § . *in collectione Statutorum S. Minorum Ordinis : Quod Reuerendissimi Episcopi, Burchardus Vormaciensis, & Iuo Carnotensis, tum in sua Panormia, tum in suo Decreto : Quod R. idem P. Passarellus, Ordinis nostri quondam Generalis, lumen & decus, in Capitulorum nostrorum Generalium ad vsque sua tempora publicatione : sicut &* R. P. *Seraphinus Siccus S. Prædic. Ord. penultimus Magister Generalis ; in reimpressione Constitutionum sui Ordinis, actis Capitulorum Generalium cumulatarum : Quod denique fecerunt, Cresconius, Anselmus,* Gregorius *presbyter in suo* Polycarpo, *& Gratianus monachus Benedictinus in Decreto, & in Monasterio S.* Felicis *Bononiensis, anno millesimo centesimo quinquagesimo primo, hoc nos partim in Lugdunensi, partim in Tolonensi Conuentu fecimus respectiuè. Si Dei imitatio in aliquibus ; nobis est sub præcepto, cur non licebit in aliquibus quæ bonum publicum respiciunt, imitari pro nostro modulo Sanctitate fulgentes, Summos* Pontifices, *Imperatores, Reges, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Ordinum* Generales? *Si hæc tentare, censetur nimis alta sapere : quare Benedictinum Monachum, pietate & doctrina commendatum, pigebit æmulari, vel in Minimo Codice, cum ipse compilarit maximum ? Charitas tum Dei, tum proximi quæ illum monuit, vrget nos : qui hæc scribimus vobis, vt in eadem manentes societate, societas nostra sit cum Deo, & B.* Patre *nostro, sub cuius militamus Regula.* Effrenata cupiditas, *inquit Gregorius* Papa *IX. in proœm. Decretal.* sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum ; tot quotidiè noua litigia generat ; vt nisi Iustitia conatus eius sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicare-

ret ; ius humani fœderis, litigatorum abuſus extingueret : & dato libello repudij, concordia extrà mundi terminos exularet. Ideóque Lex proditur, vt appetitus noxius ſub Iuris regula limitetur : per quam, genus humanum vt honeſtè viuat, alterum non lædat, ius ſuum vnicuique tribuat, informatur. ¶ Amplectimur voluntarios pro ſubditorum noſtrorũ quiete labores, *inquit Bonifacius VIII. in præm. l. 6. Decret.* & noctes quandoque tranſimus inſomnes, vt ſcandala remoueamus ab ipſis. Et quas humana natura lites quotidiè inuenire conatur, nunc antiquorum declaratione, nunc verò nouorum editione Iurium, pro vt nobis eſt poſſibile, reprimamus. ¶ Quia ab adoleſcẽtia viri, procliuis ad malum ſenſualitas humana declinat, *inquit Ioannes XXII. in præm. Clement.* per quod morum ſubuerſio in Clero & populo frequenter obrepit, neceſſaria eſt ſuperioris authoritas: vt tam per determinationis opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat : quam per cultoris prouidi ſarculum, extirpet vitia, virtutes inſerat, corrigat exceſſus, moreſque reformet. ¶ Hæc, *inquit Iuſtinianus Cæſar initio ſui Codicis*, quæ neceſſariò corrigenda, multis retro Principibus viſa ſunt : interea tamen nullus eorum ad effectum ducere auſus eſt : impreſenti rebus donare communibus, auxilio Dei omnipotentis cenſuimus, & prolixitatem litium amputare, vno Codice ſub fœlici noſtri nominis vocabulo componendo : maximum & ad Reipublicæ ſuſtentationẽ reſpiciens opus. ¶ Quieti fratrum, & ſerenitati conſcientiarum ſtudentes, *inquit Capitulum V. Romanum* 9. ſtatuerunt Patres, vt Reuerendiſſ. P. Generalis & R. P. Zeloſus, curent

omnia

omnia Acta Capitularia ad breuiorem formam redigere: ità vt, ea quæ pro Regulæ & Correctorij explicatione apta fuerint, remaneant; cætera verò excludantur. ¶ Vt obseruãtiæ candor, *inquit R. P. Vincent. Bandellus S. Prædicat. Ordin.* XXXVII. *Generalis*, vt Diuini amoris feruor, ardens ad commune bonum verámque Pacem flagrantissima Charitas, sine cunctatione Obedientiæ: niueus purusque mentis ac corporis cœlibatus: atque rerum omnium temporanearum exactissima nuditas, sub meo regimine restaurentur: dùm Italiam, Galliam &c. visitarem, multorum Capitulorum Generalium acta & ordinationes, quæ in diuersorum Conuentuum scriniis delitescebant, Mediolanum attuli: atque ex ipsis, super Constitutionum nostrarum sententiis dubiis, declarationes conflaui, illasque imprimi curaui, præcipiens in virtute S. Obed. omnibus & singulis Conuentuum Ordinis nostri Præsidentibus, vt suas Constitutiones cum his nostris impressis conferant & emendent. *Similibus motus rationibus, hunc Minimum Codicem scripsi, quem Minimus Minimis offero, omnia Statuta nostra continentem: ad Diuini Numinis gloriam, animarum profectum, & pro tuenda Pietate, Iustitia, Pace, Veritate: quatenus feruor Charitatis exæstuet; cuique tribuatur quod suum est; quid in variis euentibus faciendum nobis sit, aperte pateat; Pacis vigeat tranquillitas, inualescat concordiæ vnitas, animorum identitas perseueret. Vndè, meis his desideriis proculdubio iungentur omnes qui sunt Domini: quibus nullos aduersaturos spero; nisi forte cæci sint & cæcorum Duces, qui ea quæ ignorant blasphemant: inter lilia, spinæ; in tritico, zizania; inter sapientes virgines, fatuæ; in sagena, mali pisces cum bonis. Verùm, nec illorum causa silendum; si, quod absit,*

tales

tales reperiremur; *scriptura dicente Eccli.* 37.12. Cum viro irreligioso, tracta de sanctitate: & cum iniusto, de Iustitia. *Nec, vt olim Pompeius, desistendum à redigendis Legibus in libris, obtrectatorum metu. Dicendum potius quod contra sibi detrahentes,* qui lacerabant quod occultè legebant, *dixit, D. Hieron. in prol. Esdræ*; Nunquã meum Christo iuuante silebit eloquium, etiam præcisa lingua balbutiet; legant qui volunt, qui nolunt abiiciant: euentilent apices, literas calumniẽtur; magis vestra Charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebor. *Grato igitur animo, primam Codicis huius partem nunc accipite. dum posterioris editioni laboro: illam vobis exhibiturus, annuente votis Deo, si tamen hæc arrideat; nec nos, vt quondam Cæsarem, insidiatrix vitæ mors præueniat. Pensemus cum Nicolao I. scribente ad Hincmarum Archiep. quod* Ridiculum est & abominabile dedecus, vt traditiones à Patribus susceptas infringi patiamur: *Capitulorumque Generalium statuta non reuocata, Regularibus esse Ius Ciuile; quod qualibet Religio, diuina humanaque causa sibi constituit: & Ius Gentium, quod sacrum esse debet, quia hoc* Iure *Religiones omnes vtuntur. Quod si aliquibus statutis contraria irrepsit consuetudo*; Vsus authoritati cedat: prauum vsum, Lex & ratio vincat, *vt dicit. D. Isid. l.2. Sinonim.* Si consuetudinem opponas, *inquit Gregor.* VII. *scribens ad Vuimundum Auersanum Episcopum,* aduertendum est quod Dominus dicit, Ego sum veritas & vita. Non dicit, Ego sum consuetudo, sed veritas. *Ideo D. Bonau. in Epist. pro refor. fratrib. dolens ait,* Luce clarius, omnia supradicta, in maximum, & nullo modo dissimulandum, vergunt nostri Ordinis detrimentum: licet tepidis & indeuotis, & secundum carnem sapientibus, consi-

dera

detrantibus consuetudinem, & allegantibus multitudinem; quasi facilia, & excusabilia, etiam irremediabilia videantur. *Et in Epist. ad quendam Prouinc. dicit.* Horum omnium hanc puto potissimam causam, quod ea, quæ prouida cura, per totius Ordinis prouidentiam in Generali Capitulo statuuntur, paruipenduntur à fratribus, & habentur pro nihilo. Ex quo fit, vt S. Religionis splendor præfulgidus, in pallorem degeneret: sanctitatis pulchritudo, sordescat: bonæ opinionis odor, computreat: & nomen Domini blasphemetur. *Denique subdit.* Quia his, & aliis deordinationibus innumeris, per statuta Ordinis via præcluditur: volo, vt per loca fratrum, ea sic diligenter conscribi, legi facias & seruari: vt sicut professione virtutum præcipui credimur, nequaquam morum incompositione, postremi meritò censeamur. *Cæterùm, constitutionum à subsequentibus Capitulis reuocatarum, vel Iuri dissonantium consultò nequaquam memini, nisi fortè ad confutandum: tùm breuitati studens, tùm deuitans opus inutile. Solas illas quibus est nobis standum profero, idque alphabetico ordine: vt detractis ambagibus, decisio quarumcúmque difficultatum statim reperiatur: & quæ hinc indè colligenda forent, in variis dispersa locis, ad manum sint sub vno comprehēsa titulo: eoque citiùs, quo nota marginibus apposita, ad id facilitatem prabēt maximam. Annorum tempus varium adnoto; vt qui contrarias hic positis constitutionibus afferre possent, reuocatas illas fuisse à Capit. posterioribus euidenter agnoscant: quod & apposita loco suo Capitulorum Series, sole clarius demonstrabit. Capitula nondum mandata typis, in varios numeros diuisi, ne ab impressorum ordine deuiarem. Elucidaui denique difficultates multas Gratianum imitatus, seu potius D. Basilium, qui Regulas monasticas fusius disputauit;*

D. Bernar

D. Bernardum, qui S. Benedicti; D. Bonauenturam, qui S. Francisci; D. Ignatium, qui proprias; S. Teresiam, quæ antiquorum Patrum *sui Ordinis; Hugonem Victorinum, qui S. Augustini Regulas & constitutiones exposuerunt. Alias elucidandas esse dixi à Capitulis Generalibus: non quod Religiosis nostris Leges præscribere, vel à Capitulis Generalibus exaudiri me debere præsumam: cum R. P. Passarellus, affirmans in Schol. ex c. Auen. tres vocales celebrare posse electionem canonicam, quod manifestè Iuri consonat c.* nullus. *de Electione, fulsitus solùm fuerit Generalis Capituli statuto, in c. 7. Rom. id est. post annos circiter quadraginta septem. Desiderauit idem R. P. vt statueretur à Capitulo Generali (cætera reticebo) formandum esse Decretum electionis. ibid. n. 4. quod & Iuri concordat. cap.* sicut. *de Electione in 6. Huiusmodi tamen statutum, nondum exiit. Quod ergo mihi visum fuit,* Iuri *Rationique conueniens: solùm protuli, & vt ait idem D. Bonauentura in eadem Epist. de ref. fratrib.* nec penitus tacens, nec omnia exprimens, nec noua statuens, nec onera grauia aliis alligans: sed tanquam annunciator veritatis, quædam breuiter explico, videns illa nullatenus reticenda, *Notari tamen non recuso, si velut homo minus vidi: dicens cum D. August. in prologo l. 3. de Trin.* Noli meis literis quasi canonicis scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas cum inueneris incunctanter crede: in istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. *Hunc etiam Codicem, velut Minimum nolite despicere, beneuoli Lectores: neque enim Bonifacius* VIII. *eruditum Iacobum de Castello ab Vniuersitate Bononiensi Nuncium ad illum missum floccifecit, quantumuis esset adeò paruus, vt Summus Pontifex, stantem illum coram se proponentem genuflexum existimans, monuerit vt surgeret, donec teritus respondit, Zachæus est.*

Facultas Reuerendissimi P. Generalis.

NOs F. Franciscus à Longobardis totius Ordinis Minimorum Corrector Generalis, dilecto nobis in Christo P. F. Stephano Isnardo, Instituti nostri Theologo & Concionatori habili. S.

Cum sicut exponi nobis fecisti, omnia Regulæ nostræ statuta, ac Capitulorum Generalium Ordinis nostri acta, & ordinationes, summo studio in vnum congesseris, quæ pro communi totius Religionis bono & commodo, in lucem edere peroptas: non modo tuo gratulamur labori, sed vt ea quamprimum typis mandes, plenam & liberam tibi indulsimus facultatem. Dummodo à duobus Instituti nostri Theologis, à R. P. Prouinciali Lugdunensi designandis & nominandis, approbentur. In quorum fidem &c. Datum in Cõuentu Iesu Mariæ Ciuit. Milaytarũ. 26. Iunij 1631.

F. FRANCISCVS A LONGOBARDIS. Generalis.

Facultas Reuerendi P. Prouincialis.

VT opus quo Statuta nostri Ordinis methodo alphabetica ad faciliorem vsum digeruntur, & nouis obseruationibus illustrantur, à R.P. STEPHANO ISNARDO, verbi Diuini emerito pręcone & S. Theologiæ Professore elaboratum, typis mandetur, facultatem facimus: supposita duorum Theologorũ nostri instituti, iuxtà Reuerendissimi P. N. Generalis Francisci à Longobardis præscriptum. In quorum fidẽ, &c. Datum in Conuentu nostro Lugdunensi Prid. Kalendas Octobris anno. 1631.

F. IOANNES BAPTISTA SAVBARD. Prouincialis Lugdunensis.

Approbatio Theologorum.

DE mandato R.P.N. Prouincialis, opus quod inscribitur *Codex Minimus*, &c. per R P. STEPHANVM ISNARDVM, Ordinis nostri S. Theologiæ Professorem & Prædicatorem, compilatū, diligenti inuestigatione percurrimus. Quod quia nullos errores, cōtra fidei Catholicæ dogmata, aut bonorum morum institutionem, continet: imò iuxtà multorum Capitulorum nostrorum Generalium præscriptum, maximè Romani vltimi, egrêgia planè serie est digestum; ideò illud necessarium iudicauimus: & dum secunda pars desideratur, hanc Priorem typis mandari & in lucem edi operæpræcium esse duximus. In Conuentu nostro Lugdunensi. Prid. Kalend. Octob. anno 1631.

F. SEBASTIANVS THOVLOVZE, Correctot Mommerlensis, & Definitor, Theologus.

F. ALEXANDER PERRIN Minimus, S. Theologiæ Professor, Collega Prouincialis & Definitor.

CONSENSVS.

IMpressioni Codicis huius Minimi, Regis nomine consentio: solitas prohibitiones faciens. 30. Septembris. 1631.

BOVILLOVD MERMET.

PERMISSIO.

FAcultatem facimus PETRO du PLESSIER Imprimendi Codicem istum Minimum, cum solitis prohibitionibus 30. Septemb. 1631.

L'ANGLOIS.

SERIES MATERIARVM PRIMÆ PARTIS.

Corre

SECVNDÆ PARTIS

Conſtitutiones Clementis VIII.

Præſes.

Tormen

CODEX
AD ZOILVM ET ARISTARCHVM.

QVi bona quæ doceo pupilla cernet vtraque,
Lumine perfusus, non tenebrosus erit.
Corporeis oculis videat me maxime mentis.
Ignarus semper si vacat alter erit.
Grammaticum pudeat vel tangere carmen Homeri.
Indoctus doctum, nam quid aselle lyra?
Crine ruber, niger ore malo, seu lumine læsus
Zoïlus, haud carpat, si bonus esse nequit.
Mê Mecænates videant, oculique columbæ
Quique pij Minimi nomen & omen habent.
Do Minimus Codex, Minimorum consona Iura
Omnia, quæ Patres explicuere Graues.
Sic Themidem monstro, sic pessima crimina damno.
Sic tetricus Iudex pallet, & acta pudent.
Sic dirimo lites: sic ignorata reuelo.
Sic sum pœna malis, gloria magna bonis
Sic do perfacilem semitam quæ tendit ad astra.
Sic cœli reserans atque forense forum.
Sic Minimus Minimis Minimorum maxima pando.
Sic cœlos humil is nardus odore replet.



CODEX MINIMVS REGVLÆ FRATRVM, SORORVM, ET VTRIVSQVE SEXVS

Correctorij & Cæremoniarum;

NECNON

CAP. OMNIVM GENERALIVM SACRI ORDINIS MINIMORVM S. FRANCISCI DE PAVLA,

A primo Romano, ad tertium Barchinonense inclusiuè STATVTA OMNIA non reuocata, Alphabetico ordine comprehendens.

Adiectis Elucidationibus, in quamplurimis casibus qui aliquas patiuntur difficultates.

A

Absolutio.

PRo Confessoribus à superioribus approbati, alios nostri Ordinis fratres professos (quoties opus fuerit) *A casib. nõ reseruatis.*

A pote

poterunt absoluere, ab omnibus casibus huic Ordini concessis & permissis: A Votis. demptis duntaxat quatuor Votis: quorum absolutio, reseruabitur solis Generali, ac Vigilibus, & Prouincialibus: ac etiam Fratribus, in quolibet Conuentu eiusdem Ordinis, ab ipsis Prælatis, seu à quolibet ipsorum deputatis, siue deputandis, pro specialibus Confessoribus. *Correctorium, numero 96.*

R. P. Laurentius de Peirinis, ex nostris, super constitutione 10. *Vrbani VIII. §. 7. n. 2. in nostrorum Priuilegiorum libro, dicit, quatuor Vota quæ emittimus, superioribus nostris Prælatis, non esse reseruata: posito decreto Clementis VIII. super reseruatione casuum, quod incipit,* Sanctissimus, *sub Datum Romæ, apud S. Petrum 26. Maij, anni* 1593. *quidquid habeatur in nostra Regula, per Regulam Correctorium intelligit, quod Regulæ lato modo sumptæ, pars est. Hac vnica ratione nititur: quia, inquit, per constitutionem Clem. VIII. non possunt Prælati sibi reseruare, nisi Votum Paupertatis & Castitatis; ergo alia duo, nimirum Obedientiæ & Vitæ Quadragesimalis, non sunt reseruata, nec possunt sibi superiores reseruare, nisi specialiter per Capitulum generale, in tota Religione, vel Prouinciale in aliqua Prouincia, reseruentur: quod huc vsque factum non est. Nec*

obstat

obſtat, quod hæc ſint reſeruata per Regulam, nam hîc illi ſufficienter derogatur, vt patet. Hæc ille. Pro dubij huius, maximi ſanè ponderis, reſolutione.

Nota pri[illegible], *caſus alios eſſe* Reſeruatos *à Iure, alios* Reſeruãdos *ſeu* Reſeruabiles *ab homine. Prioris generis ſunt caſus illi, qui in ipſo Iure, Concilijs & cõſtitutionibus Pontificijs, reſeruantur Papæ, Epiſcopis, & ſimilibus. Poſterioris illi ſunt, quos Epiſcopi, & alij Superiores Prælati, poſſunt ſibi reſeruare, licèt ab ipſo iure reſeruati non ſint.*

Nota ſecũdò, *conſtitutionem Clement. VIII. de qua hîc, nullo modo loqui de caſibus à iure reſeruatis: ſed ſolùm de reſeruandis, ſeu reſeruabilibus ab homine: à Prælatis ſcilicet Religioſorum. Patet ex illis verbis, quæ ſunt in Conſtitutionis exordio:* Sanctitas ſua decreuit vt nemo ex Regularium ſuperioribus peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis iis quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout ſubditorum vtilitati expedire, prudenter in Domino iudicauerint. *Idque, vt antè dictum fuerat,* vt Superiores reſeruatione prudenter ac moderatè vtantur. *Et in fine;* Atque ita per quoſcumque Regulariũ Superiores, quicumque illi ſint, obſeruari mandauit. *Non obſtantibus &c. His poſitis.*

Dico primò, *Regularium quoruncumque Prælatos, non posse sibi alios casus reseruare, à contentis in prædicta constitutione ideoq. nec Votum Obedientiæ, quod in illa non continetur.* Probatur, *quia sic placuit summo Pontifici, qui hoc statuit in eadem constitutione, vt patet. Illius enim est, Prælatorum Regularium Iurisdictionem restringere, vel ampliare: istorum obedire.*

Dico secundò, *in nostro Minimorũ Ordine, non solùm peccata contra Castitatem & Paupertatem: sed etiam contra alia duo vota, Obedientiam scilicet & Vitam Quadragesimalem, esse reseruata Prælatis Ordinis.* Probatur primò, *ex ipso Correctorio 96. suprà allato, & à summo Pontifice confirmato: vbi expressè habetur Absolutionem quatuor Votorum esse reseruatam dictis Prælatis, & fatetur ipse Peirinis citato.*

Probatur secũdò, *quia si quid obstaret quominùs illa duo vota posteriora, non essent reseruata, hoc esset, quia non continentur in constitutione Clementis VIII. & quia in illa prohibet Summus Pontifex, ne alij casus à contentis in sua constitutione reseruentur, derogando quibuscumque contrarijs, etiam Regulis & Statutis ordinum. At hoc non. Primò, quia solùm prohibet Summus Pontifex Regularium Prælatis, ne sibi alios casus reseruent; horum autem Votorum casus, non sibi reseruant nostri Prælati: sed sunt à Correctorio,*

ideóque

ideoque & à iure nostro, reseruati. Item, solùm derogat Summus Pontifex, priuilegijs & statutis, quorum vi poterant alij casus à Prælatis Regularium reseruari: at casus contra hæc duo Vota, non sunt huiusmodi qui possent reseruari: seu, quod idem est, qui essent reseruabiles Superioribus sed erant & sunt ab ipso Iure reseruati. Denique, Correctorium nostrum, non dat facultatem Prælatis sibi casus illos reseruandi, sic enim esset illi derrogatum, sed eos ipso facto reseruat: vnde derrogatum illi fuisse, dici non potest.

Probatur tertiò, *quia, si per illam Cõstitutionem derrogaretur nostro Correctorio, prædicta vota reseruanti: sicque hæc remanerent non reseruata: derogaretur etiam quibuscumque Concilijs, & Summorum Pontificum decretis, in quibus casus aliqui reseruantur Prælatis Regularium: ideóque, nulli omnino essent casus reseruati dictis Prælatis, exceptis ijs de quibus fit expressa mentio in Clementina de qua agimus: idque in casu solùm, quo illos sibi reseruarent Prælati & nõ aliàs: Habetur enim in illa Clementina, hæc clausula derrogatoria:* Non obstãtibus constitutionibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam generalis decretis. *At hoc non: sic enim, ne casus quidem Papales essent reseruati, qui, quoad Religiosos, Prælatis ipsorum reseruantur per bullas Sixti IV. apud Rodrig. in Bullario, bulla hu-*

ius Pontificis 14.§.12.*&* 33.§.14. *& per bullam Iulÿ Secundi apud Peirinis, bulla huius Pontificis* 11.§.9. *v.g. casus illius, qui dignitates & Prælaturas in ordine procurasset:* Imò *nec Apostasia ab Ordine, etiam habitu dimisso; nec casus illius, qui incidisset in Canonem, si quis suadente Diabolo, & cæt. nisi duos posteriores casus sibi peculiariter reseruarent Prælati, quod nemo dicat: repugnaret enim innumeris Pontificum decretis & omnium Regularium sensui communi.*

Dices, *casus illos esse reseruatos Summo Pontifici, non Regularium Prælatis; qui licèt possint ab eis absoluere; hoc tamen non habent à Iure, sed ex priuilegio.* At cōtrà: primò, *quia nullū posse absoluere Regularem à dictis casibus, excepto Papa & ipsius Prælatis, est illos casus esse reseruatos Papæ & ipsius Prælatis; quomodocumque tandem illud fiat, siue à Iure communi, siue ex Priuilegio; At prædicti casus sunt huiusmodi, vt ab ipsis nullus possit absoluere Regularem, præter Papam & ipsius Prælatos, ex præmissis: ergo sunt reseruati, non solùm Papæ, sed Prælatis Regularium.*

Secundò, *quia absolutio illius, qui incidit in canonem Si quis suadente, remittitur Correctori locali, vel eius Vicesgerenti, in nostro correctorio à Papa confirmato, n.6. ergo ipsi reseruatur à Iure.*

Tertiò, *eandem potestatē quam habent Episcopi erga suos subditos, habent Prælati Regulariū*

erga

erga suos: aliàs, Religiosi subditi Prælatis Regularibus, deterioris essent conditionis, quàm si subderentur Episcopis. Tum quia hi Prælati, habent iurisdictionem quasi Episcopalem, ex Nauarro in Summa cap. 12. num. 75. & habetur expressè in cap. Abbates de priuil. in 6. *Illud autem,* Quasi Episcopalem, *excludit tantummodò ea, quæ ordinis sunt Episcopalis, vt conferre ordines, conficere Chrisma, &c. vt docet Glossa in dicto* cap. Abbates, *verbo* Quasi Episcopalem. *At ex Tridentino sessione 24. de reformat. c. 6. possunt Episcopi suos subditos absoluere, à quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, in foro conscientiæ, sicut & eorum Vicarius, specialiter ad id deputandus; ergo illud etiã possunt Regularium Prælati erga suos subditos; ergo casus qui cùm sunt publici sunt Papales, cùm sunt occulti sunt Episcopales, & [illegible] Regulares, ipsorum reseruati Prælatis: idque ab ipso iure, à Tridentino scilicet citato, vt docent non solùm Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 2. n. 12. cum aliis multis, sed etiam noster Canart in compendio priuilegiorum nostrorum, & Aluinus etiam ex nostris c. 27. n. 2. imò & ipse Peirinis super constitutione Pyrrhi §. 8. n. 46. Ergo vltra casus quos reseruare sibi possunt Regularium Prælati, vi Clementinæ de qua agimus, sunt & alij casus ipsis à Iure reseruati.*

Obiicies primò, *ſi caſus contra Votum Obedientiæ, eſt reſeruatus noſtris Prælatis ſuperioribus, poterit quilibet Prælatus noſter, quemlibet caſum ſibi reſeruare, apponendo illi præceptum formale Obedientiæ: & ſic ſanctam Clem. VIII. conſtitutionem deludere, & bonam Pontificis mentem defraudare, quod eſt abſurdum.*

Reſpondeo primò, *quod præcepta formalia Obedientiæ, non ſunt ita frequentia in noſtro Ordine, vt cuilibet materiæ frequenter applicentur, quod hactenus viderim: licèt fatear, aliquos minus cautè hoc aliquando vſos fuiſſe: quod maximè cauere debent Superiores. Sed inconueniens ab hac indiſcretione procedens, multò minus fuit, abſque comparatione, quam innumeri qui orirentur ex non reſeruatione Voti Obedientiæ. Prætereà ſi indiſcretè nimis procederent Superiores in præcipiendo ſub formali præcepto Obedientiæ, prouiderent Capitula localia & Prælati ſuperiores quoad Correctores: prouincialia & generalia quoad ſuperiores Prælatos: quod & facere deberent, etiamſi Votum illud non eſſet reſeruatum.*

Reſpondeo ſecũdò *ex ipſo Peirinis citato, Capitula generalia & prouincialia, poſſunt ſibi vi prædictæ Clementinæ votum Obedientiæ reſeruare: non tamen ſequitur, quod propter indiſcretionem Superiorum, præcipientium paſſim quælibet,*

bet, sub formali præcepto Obedientiæ, poßint bonam mentem Pontificis defraudare, eiúsque sanctam deludere constitutionem.


Respõdeo tertiò, *hãcne delusit Peirinis ipse, qui, vt accepi dum hæc scriberem, cum Capitulo Prouinciali prouinciæ Genuensis, cuius est Reuerendus admodum & benemeritus Prouincialis, pro hoc triennio, & pro secunda vice, Vota Obedientiæ & Quadragesimalis vitæ, reseruauit? Neque enim certus esse potest de discretione in præcipiendo, omnium & singulorum suæ prouinciæ Correctorum. Hanc sanè non fuisse eius mentem fateor, cùm certus sim tantũ virum, támq; Religiosum, Zelo Religionis hanc fecisse reseruationẽ: idéoque non in destructionem, sed in ædificationem.*

Obiicies secũdò, *si hæc duo Vota, cum a[illegible] sunt ipso Iure reseruata in nostro Ordine: erg[illegible]s duriori & grauiori pondere premimur, quàm cæterarum Religionum Religiosi, apud quos illa V[illegible] sunt reseruata: imò nec Votum Obedientiæ, (Quadragesimalem quippe vitam non profitentur) potest reseruari, nisi à Capitulis Generalibus vel Prouincialibus: quod in materia reseruationis casuum, videtur nimis durum, nec admittendũ.* Respódeo, *non in hac parte solùm, sed in alijs multis, nos seueriori Regulæ obligari quàm cæteri. Sed recordare, charißime, pro hoc labore, te, nec inuitum, ex Beatitudinis denario, cum*

CODEX AD ZOILVM ET ARISTARCHVM.

QVi bona quæ doceo pupilla cernet vtraque,
Lumine perfusus, non tenebrosus erit.
Corporeis oculis videat me maxime mentis.
Ignarus semper si vacat alter erit.
Grammaticum pudeat vel tangere carmen Homeri.
Indoctus doctum, nam quid aselle lyra?
Crine ruber, niger ore malo, seu lumine læsus
Zoïlus, haud carpat, si bonus esse nequit.
Mê Mecænates videant, oculique columbæ
Quique pij Minimi nomen & omen habent.
Do Minimus Codex, Minimorum consona Iura
Omnia, quæ Patres explicuere Graues.
Sic Themidem monstro, sic pessima crimina damno.
Sic tetricus Iudex pallet, & acta pudent.
Sic dirimo lites: sic ignorata reuelo.
Sic sum pœna malis, gloria magna bonis
Sic do perfacilem semitam quæ tendit ad astra.
Sic cœli reserans atque forense forum.
Sic Minimus Minimis Minimorum maxima pando.
Sic cœlos humil is nardus odore replet.

CODEX



CODEX MINIMVS REGVLÆ FRATRVM, SORORVM, ET VTRIVSQVE SEXVS

Correctorij & Cæremoniarum;

NECNON


CAP. OMNIVM GENERALIVM SACRI ORDINIS MINIMORVM S. FRANCISCI DE PAVLA,

A primo Romano, ad tertium Barchinonense inclusiuè STATVTA OMNIA non reuocata, Alphabetico ordine comprehendens.

Adiectis Elucidationibus, in quamplurimis casibus qui aliquas patiuntur difficultates.

A

Absolutio.



PRo Confessoribus à superioribus approbati, alios nostri Ordinis fratres professos (quoties opus fuerit) *A casib. nõ reseruatis.*

A pote

poterunt absoluere, ab omnibus casibus huic Ordini concessis & permissis: demptis duntaxat quatuor Votis: quorum absolutio, reseruabitur solis Generali, ac Vigilibus, & Prouincialibus: ac etiam Fratribus, in quolibet Conuentu eiusdem Ordinis, ab ipsis Prælatis, seu à quolibet ipsorum deputatis, siue deputandis, pro specialibus Confessoribus. *Correctorium, numero 96.*

A Votis.

R. P. Laurentius de Peirinis, ex nostris, super constitutione 10. *Vrbani VIII.* §. 7. *n.* 2. *in nostrorum Priuilegiorum libro, dicit, quatuor Vota quæ emittimus, superioribus nostris Prælatis, non esse reseruata: posito decreto Clementis VIII. super reseruatione casuum, quod incipit,* Sanctissimus, *sub Datum Romæ, apud S. Petrum 26. Maij, anni* 1593. *quidquid habeatur in nostra Regula, per Regulam Correctorium intelligit, quod Regulæ lato modo sumptæ, pars est. Hac vnica ratione nititur: quia, inquit, per constitutionem Clem. VIII. non possunt Prælati sibi reseruare, nisi Votum Paupertatis & Castitatis; ergo alia duo, nimirum Obedientiæ & Vitæ Quadragesimalis, non sunt reseruata, nec possunt sibi superiores reseruare, nisi specialiter per Capitulum generale, in tota Religione, vel Prouinciale in aliqua Prouincia, reseruentur: quod huc vsque factum non est. Nec*

obstat

obstat, quod hæc sint reseruata per Regulam, nam hîc illi sufficienter derogatur, vt patet. Hæc ille. Pro dubij huius, maximi sanè ponderis, resolutione.

Nota prir [illegible], *casus alios esse* Reseruatos *à Iure, alios* Reseruãdos *seu* Reseruabiles *ab homine. Prioris generis sunt casus illi, qui in ipso Iure, Concilijs & cõstitutionibus Pontificijs, reseruantur Papæ, Episcopis, & similibus. Posterioris illi sunt, quos Episcopi, & alij Superiores Prælati, possunt sibi reseruare, licèt ab ipso iure reseruati non sint.*

Nota secũdò, *constitutionem Clement. VIII. de qua hîc, nullo modo loqui de casibus à iure reseruatis: sed solùm de reseruandis, seu reseruabilibus ab homine: à Prælatis scilicet Religiosorum. Patet ex illis verbis, quæ sunt in Constitutionis exordio:* Sanctitas sua decreuit vt nemo ex Regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis iis quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire, prudenter in Domino iudicauerint. *Idque, vt antè dictum fuerat,* vt Superiores reseruatione prudenter ac moderatè vtantur. *Et in fine;* Atque ita per quoscumque Regulariũ Superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit. *Non obstantibus &c. His positis.*

 Dico

Dico primò, *Regulariũ quoruncumque Prælatos, non posse sibi alios casus reseruare, à contentis in prædicta constitutione ideoq́, nec Votum Obedientiæ, quod in illa non continetur.* Probatur, *quia sic placuit summo Pontifici, qui hoc statuit in eadem constitutione, vt patet. Illius enim est, Prælatorum Regularium Iurisdictionem restringere, vel ampliare: istorum obedire.*

Dico secundò, *in nostro Minimorũ Ordine, non solùm peccata contra Castitatem & Paupertatem: sed etiam contra alia duo vota, Obedientiam scilicet & Vitam Quadragesimalem, esse reseruata Prælatis Ordinis.* Probatur primò, *ex ipso Correctorio 96. suprà allato, & à summo Pontifice confirmato: vbi expressè habetur Absolutionem quatuor Votorum esse reseruatam dictis Prælatis, & fatetur ipse Peirinis citato.*

Probatur secũdò, *quia si quid obstaret quominùs illa duo vota posteriora, non essent reseruata, hoc esset, quia non continentur in constitutione Clementis VIII. & quia in illa prohibet Summus Pontifex, ne alij casus à contentis in sua constitutione reseruentur, derogando quibuscumque contrarijs, etiam Regulis & Statutis ordinum. At hoc non. Primò, quia solùm prohibet Summus Pontifex Regularium Prælatis, ne sibi alios casus reseruent; horum autem Votorum casus, non sibi reseruant nostri Prælati: sed sunt à Correctorio,*

ideóque

ideoque & à iure noſtro, reſeruati. Item, ſolùm derogat Summus Pontifex, priuilegijs & ſtatutis, quorum vi poterant alij caſus à Prælatis Regularium reſeruari: at caſus contra hæc duo Vota, non ſunt huiuſmodi qui poſſent reſeruari: ſeu, quod idem eſt, qui eſſent reſeruabiles Superioribus ſed erant & ſunt ab ipſo Iure reſeruati. Denique, Correctorium noſtrum, non dat facultatem Prælatis ſibi caſus illos reſeruandi, ſic enim eſſet illi derrogatum, ſed eos ipſo facto reſeruat: vnde derrogatum illi fuiſſe, dici non poteſt.

Probatur tertiò, *quia, ſi per illam Cõſtitutionem derrogaretur noſtro Correctorio, prædicta vota reſeruanti: ſicque hæc remanerent non reſeruata: derogaretur etiam quibuſcumque Concilijs, & Summorum Pontificum decretis, in quibus caſus aliqui reſeruantur Prælatis Regularium: ideóque, nulli omnino eſſent caſus reſeruati dictis Prælatis, exceptis ijs de quibus fit expreſſa mentio in Clementina de qua agimus: idque in caſu ſolùm, quo illos ſibi reſeruarent Prælati & nõ aliàs: Habetur enim in illa Clementina, hæc clauſula derrogatoria:* Non obſtãtibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac cuiuſuis Concilij, etiam generalis decretis. *At hoc non: ſic enim, ne caſus quidem Papales eſſent reſeruati, qui, quoad Religioſos, Prælatis ipſorum reſeruantur per bullas Sixti IV. apud Rodrig. in Bullario, bulla hu-*

ius Pontificis 14.§.12.*&* 33. §.14. *& per bullam Iulij Secundi apud Peirinis, bulla huius Pontificis* 11.§.9. *v. g. casus illius, qui dignitates & Prælaturas in ordine procurasset*: Imò *nec Apostasia ab Ordine, etiam habitu dimisso; nec casus illius, qui incidisset in Canonem, si quis suadente Diabolo, & cæt. nisi duos posteriores casus sibi peculiariter reseruarent Prælati, quod nemo dicat: repugnaret enim innumeris Pontificum decretis & omnium Regularium sensui communi.*

Dices, *casus illos esse reseruatos Sumno Pontifici, non Regularium Prælatis; qui licet possint ab eis absoluere; hoc tamen non habent à Iure, sed ex priuilegio.* At cōtrà: primò, *quia nullū posse absoluere Regularem à dictis casibus, excepto Papa & ipsius Prælatis, est illos casus esse reseruatos Papæ & ipsius Prælatis; quomodocumque tandem illud fiat, siue à Iure communi, siue ex Priuilegio; At prædicti casus sunt huiusmodi, vt ab ipsis nullus possit absoluere Regularem, prater Papam & ipsius Prælatos, ex præmissis: ergo sunt reseruati, non solùm Papæ, sed Prælatis Regularium.*

Secundò, *quia absolutio illius, qui incidit in canonem Si quis suadente, remittitur Correctori locali, vel eius Vicesgerenti, in nostro correctorio à Papa confirmato, n.6. ergo ipsi reseruatur à Iure.*

Tertiò, *eandem potestatē quam habent Episcopi erga suos subditos, habent Prælati Regulariū*

erga

erga suos: aliàs, Religiosi subditi Prælatis Regularibus, deterioris essent conditionis, quàm si subderentur Episcopis. Tum quia hi Prælati, habent iurisdictionem quasi Episcopalem, ex Nauarro in Summa cap. 12. num. 75. & habetur expressè in cap. Abbates de priuil. in 6. *Illud autem,* Quasi Episcopalem, *excludit tantummodò ea, quæ ordinis sunt Episcopalis, vt conferre ordines, conficere Chrisma, &c. vt docet Glossa in dicto* cap. Abbates, *verbo* Quasi Episcopalem. *At ex Tridentino sessione 24. de reformat. c. 6. possunt Episcopi suos subditos absoluere, à quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, in foro conscientiæ, sicut & eorum Vicarius, specialiter ad id deputandus; ergo illud etiã possunt Regularium Prælati erga suos subditos; ergo casus qui cùm sunt publici sunt Papales, cùm sunt occulti sunt Episcopales, & [illegible] Regulares, ipsorum reseruati Prælatis: idque ab ipso iure, à Tridentino scilicet citato, vt docent non solùm Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 2. n. 12. cum alijs multis, sed etiam noster Canart in compendio priuilegiorum nostrorum, d. Aluinus etiam ex nostris c. 27. n. 2. imò & ipse Peirinis super constitutione Pyrrhi §. 8. n. 46. Ergo vltra casus quos reseruare sibi possunt Regularium Prælati, vi Clementinæ de qua agimus, sunt & alij casus ipsis à Iure reseruati.*

Obiicies primò, *si casus contra Votum Obedientiæ, est reseruatus nostris Prælatis superioribus, poterit quilibet Prælatus noster, quemlibet casum sibi reseruare, apponendo illi præceptum formale Obedientiæ: & sic sanctam Clem. VIII. constitutionem deludere, & bonam Pontificis mentem defraudare, quod est absurdum.*

Respondeo primò, *quod præcepta formalia Obedientiæ, non sunt ita frequentia in nostro Ordine, vt cuilibet materiæ frequenter applicentur, quod hactenus viderim: licèt fatear, aliquos minus cautè hoc aliquando vsos fuisse: quod maximè cauere debent Superiores. Sed inconueniens ab hac indiscretione procedens, multò minus fuit, absque comparatione, quam innumeri qui orirentur ex non reseruatione Voti Obedientiæ. Præthereà si indiscretè nimis procederent Superiores in præcipiendo sub formali præcepto Obedientiæ, prouiderent Capitula localia & Prælati superiores quoad Correctores: prouincialia & generalia quoad superiores Prælatos: quod & facere deberent, etiamsi Votum illud non esset reseruatum.*

Respondeo secũdò *ex ipso Peirinis citato, Capitula generalia & prouincialia, possunt sibi vi prædictæ Clementinæ votum Obedientiæ reseruare: non tamen sequitur, quod propter indiscretionem Superiorum, præcipientium paßim quælibet,*

bet, sub formali præcepto Obedientiæ, poßint bonam mentem Pontificis defraudare, eiúsque sanctam deludere constitutionem.

Respōdeo tertiò, *hācne delusit Peirinis ipse, qui, vt accepi dum hæc scriberem, cum Capitulo Prouinciali prouinciæ Genuensis, cuius est Reuerendus admodum & benemeritus Prouincialis, pro hoc triennio, & pro secunda vice, Vota Obedientiæ & Quadragesimalis vitæ, reseruauit? Neque enim certus esse potest de discretione in præcipiendo, omnium & singulorum suæ prouinciæ Correctorum. Hanc sanè non fuisse eius mentem fateor, cùm certus sim tantū virum, támq; Religiosum, Zelo Religionis hanc fecisse reseruationē: ideóque non in destructionem, sed in ædificationem.*

Obiicies secūdò, *si hæc duo Vota, cum al[illegible] sunt ipso Iure reseruata in nostro Ordine: erg[illegible] duriori & grauiori pondere premimur, quàm cæterarum Religionum Religiosi, apud quos illa V[illegible] sunt reseruata: imò nec Votum Obedientiæ, (Quadragesimal[illegible] [illegible] non profitentur) potest reseruari, nisi à Capitulis Generalibus vel Prouincialibus: quod in materia rese[illegible]uationis casuum, videtur nimis durum, nec admittendū.* Respōdeo, *non in hac parte solùm, sed in alijs multis, nos seueriori Regulæ obligari quàm cæteri. Sed recordare, charißime, pro hoc labore, te, nec inuitum, ex Beatitudinis denario, cum*

Deo conuenisse. Sanè, si quatuor Vota non sunt apud nos reseruata à Iure, nullum ex ipsis, quod sciam, à viginti quinque annis, fuit in Gallia reseruatum: nunquam enim, intra illud tempus, audiui, in Prouincijs *in quibus fui commoratus, superiorem quemcumque, multo minus Capitulum* Prouinciale, *Votum aliquod reseruasse. Sed concors & indubitata opinio,* Patrum *& Fratrum omnium quibuscum fui conuersatus, hæc semper fuit, & est, quatuor Vota à Iure apud nos esse reseruata.*

Dices, *si Vota Castitatis & Paupertatis sunt ipso iure reseruata, quare dicit Clem. VIII. Superiores posse sibi illa reseruare?* Respõdeo primò, *hoc ideò esse, quia illius constitutio non pro Ordinē nostro facta fuit duntaxat, sed etiam pro cæteris, apud quos, fortè, nulli sunt casus in eorum Regulis reseruati. 2. Dicit etiam Pontifex, Apostasiam posse à Superioribus reseruari: quam ipso Iure reseruatam esse, nullus ambigit. 3. Iulius Secundus in constitutione sua, quæ incipit,* Virtute conspicuos, *apud Peirinis in priuilegiis, constitutione secunda, §.15. dat facultatem* Prælatis *Regularibus Apostatas excommunicandi; quos anteà fuisse ipso facto à Iure excommunicatos, patet ex cap.* Vt periculosa, ne Clerici vel Monachi in *6. verbo* Ipso facto, *& Armilla, verbo* Apostasia, *n. 12. & alij multi. Denique*

multa

multa conceduntur à Summis Pontificibus, vt priuilegia, quæ sunt de Iure communi: ideóque sine illis priuilegÿs fieri possunt: v. g. quòd Prælati Regulares poßint suos subditos fugitiuos & apostatas capere: vt notat Suares tomo 4. de Relig. tract. 1. lib. 3. c. 2. dub. 2. num. 16. post Nauarrum, commentario 3. de Reg. num. 50.

A Votorum transgressione, non potest Absoluere Corrector, nisi sit deputatus à Superioribus Prælatis: aliàs nulla est Absolutio. Capitulo quinto Genuensi *num.* 18. *A Votis.*

Quæres, *an Corrector absolui poßit à Votorũ transgreßione.* Passarellus *in Scholÿs ex Capitulo Genuensi, n.* 18. *dicit quod sic; quia, inquit, per Correctorium ipsum datur eis talis facultas, Cor. 94. Sed hanc quæstionem non tractat ex professo. Ideò:*

Dico *Correctores, vt Correctores, absque speciali licentia, Generalis, vel* Prouincialis, *non posse absolui à casibus reseruatis superioribus* Prælatis *Ordinis; ideóque nec à Votorum transgreßione, si in eis excesserint.* Probatur *hac vnica & fundamentali ratione, quia ex Correctorio citato n. 96. prædicti casus reseruantur solis Superioribus Prælatis. Nec in eodem Correctorio num. 94. datur facultas Correctoribus, qua possunt absolui à Votorum transgreßionibus, & alÿs casibus reseruatis: sed solùm superioribus Prælatis. Correctoribus*

ctoribus verò, quod poſſint abſolui, duntaxat, à caſibus ſibi conceſſis, ſuo modo. *Vbi enim dixit B. Pater, Generales, Vigiles, & eorum Vicarios, à dictis caſibus poſſe abſolui, à Confeſſoribus quos elegerint, ſubdit.* Similiter, & Prouinciales, & eorum Viceſgerentes, & locales Correctores, ſuper ſibi conceſſis caſibus, *ſuo modo* facere valeant. *Suo modo, dicit: hoc eſt, Prouinciales abſolui poterunt, à Confeſſore quem elegerint, à caſibus Prouincialibus reſeruatis: Correctores, à reſeruatis Correctoribus. At caſus Correctorum, non ſunt illi, qui reſeruantur ſuperioribus Prælatis, quales ſunt, Votorum trangreſſiones: ſed caſus & cenſuræ à quibus poſſunt non ſolùm abſolui, ſed etiam Abſoluere, & de facto Abſoluunt in Reconciliatoribus, ex priuilegio Iulij II. quod habetur in Bulla, quæ incipit,* Virtute cõſpicuos, *& eſt Mare magnum noſtræ Religionis; ſub datum Romæ apud S.Petrũ 5.Kal.Auguſt.* 1508. *Item caſus ordinarij. Ex hoc enim quod aliquis eſt Corrector, in ſuo Conuentu vices gerit Parochi: & eſt ſuorum ſubditorum proprius Sacerdos, habens ordinariam iuriſdictionem ſuper illos: vi cuius illos poteſt abſoluere, & ab eis abſolui à caſibus nõ reſeruatis: A reſeruatis autem, ſuperioribus* Præ*latis Ordinis, nequaquam.*

Si quidquam mali per aliquos huius Ordinis

dinis Fratres, aut Oblatos, alicubi perpetratum foret: ſuper quo, poſſibilibus iam adhibitis remediis, notitiam habere non poſſet proprius Corrector: ipſe talis Conuentus Confeſſoribus, quoties opus fuerit, inhibere poterit, ne tales malefactores abſoluant, quouſque tranſgreſſionis illorum notitiam habuerit. *Cor.97.*

Hoc ſtatutum exiſtimo nunc non habere locum, illique derogatum fuiſſe per decretum Clementis VIII. ſuper caſuum reſeruatione.

Probatur primò, *quia Correctorem inhibere Confeſſoribus, ne Fratres, qui quidquam mali cōmiſerunt, abſoluant, quouſque tranſgreßionis illorum notitiam habuerit: eſt reſeruare caſum illum, quicumque tandem ille ſit, cùm indeterminatè loquatur Correctorium: At poſt ſupradictum decretum, non poſſunt etiam ſuperiores Prælati, niſi certos caſus, in eodem decreto expreſſos, ſibi reſeruare: Ergo multo minus Correctores locales, quoſcumque indeterminatè.*

Probatur ſecundò, *quia prædicta prohibitio Confeſſoribus facienda, de omnibus Conuentus Confeſſoribus debet intelligi, cùm nullus excipiatur. At talis prohibitio fieri non poteſt: cùm, ex eodem decreto, Superiores in ſingulis domibus, ſeu Conuentibus, debeant deputare duos, tres, aut plures Confeſſores, pro ſubditorum numero, maiori*

vel

vel minori, quibus etiam casuum reseruatorum absolutio committatur. Ergo:

Probatur tertiò, *quia in eodē decreto ordinatur, tam Superioribus pro tēpore existentibus, quàm confessarijs, qui deinceps ad superioritatis gradum promoti fuerint, vt caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur: At prædicta prohibitio ordinatur ad habendam notitiam trangressionis Fratris, idque media confessione, non quidem positiuè, illam reuelando, sed priuatiuè, denegando absolutionem, idque in ordine, ad exteriorem gubernationem. Ergo illi per prædictum decretum est derogatum.*

Adde derogationem, quæ habetur in eodem decreto, his verbis; Ita per quoscumque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit, (Sanctissimus) non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam generalis, decretis: necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis; aut Regulis, in Generalibus vel Prouincialibus Capitulis editis, Statutis & Constitutionibus, etiam Apostolica authoritate confirmatis, &c.

Sufficiat ergo Correctoribus, imò & cæteris

Ordinis

Ordinis Superioribus, in caſu alicuiusmali extraordinarij commiſsi, cuius abſolutionem ſibi reſeruare non poſſunt: vltra neceſſarian ſatisfactionem, determinare pœnitentias aliquas graues, à Confeſſoribus imponendas, quæ ſibditos ab huiuſmodi perpetrandis cohibere poſint. Hoc enim expreſſè permittitur in eodem deceto.

Abſolutio à cenſuris, debet fieri in quibuſlibet Capitulis, ad cautelam: & duntaxat, ad effectum electionis faciendæ: cum proteſtatione, de non admittendis, excludendis: nec excludendis, admittendis, *c.* 1. *Barchin.* 2. *c.* 5. *Genu.* 2. *Abſolutio à cẽſuris.* 1581. 1584.

Accuſans.

Si quis aliquem falsò accuſauerit, plectatur pœnitentia, qua talis per eum falsò accuſatus, iuſtè puniri debuiſſet: ſi iuxta falſam ſuam accuſationem, deliquiſſet. *Cor.* 15. *Falsò.*

Accuſans ad infamandum Fratrem, debet ſtatim carcerari. Quòd ſi non probat ea, de quibus Fratrem accuſat; puniatur pœna talionis, & perpetuò ſit infamis. Vnde tenetur Accuſans, ſe ſubſcribere ſuis accuſationibus, & probare. *C. Maſsil.* 55. *Vide* Teſtis. Viſitationes. *Ad infamandũ.* 1511.

Accuſatus.

De aliquo crimine, non eſt condem-

nandus

mandu inauditus: *intellige, cum nostro Passarello in scholijs ex Genuensi num. 9. nisi in casu contumaciæ, quando scilicet, citatus non comparet: vel quando malitiosè se occultat, & fugit à facie Superioris.* Eiusque rationes, in scriptis plenè & fideliter debent redigi, & à Iudicibus rectissimè discuti. Intereà tamen, Frater accusatus, ne fugiat, tuto in loco lo-
1564. cetur. C. 4. *Rom.* 10.

Alienans.

Quomodo puniẽdus. Si aliquis Corrector, vel quicumque alius, siue sit Prælatus, siue non, contra Iuris dispositionem, Ordinis bona alienaret, ac extra ordinem ipsum daret; ab officio deponatur. Et vno, vel duobus, aut pluribus menibus, carceribus mancipetur: iuxta delicti grauitatem, ac deliberationẽ Correctoris Generalis, aut talis Prouinciæ Vigilis, vel Prouincialis, aut suorum Vicesgerentium: quorum discretioni, puniendus reseruetur, dictus localis Corrector. Si autem aliquis prænominatorum Prælatorum, aliquando inciderit in similem casum, ipso facto, statim ab officio deponatur. Si verò subditus esset delinquens ipse, actiua & passiua voce, ac iure primogenituræ, ad biennium priuetur. *Cor.* 41. *Vide* Bona Conuentus.

Alienare

Alienare bone Ordinis, aut vendere, prohibetur; absque Reuerendissimi P. Generalis consensu, & expressa summi Pontificiis authoritate: sub pœna priuationis officij, & vtriusque vocis. *c.3.Valent.*14. *Alienare, quomodo non liceat.* 1562.

In Capitulo sexto Romano, petiit Commissus Cataloniæ, vt, Fratres Cõuẽtus Barchinonẽsis, possent pro emptione fundi ad ædificandum Conuentum, sumere de redditibus annuis (*intellige de fundo reddituum*) eiusdem Conuentus, centum nummos aureos, vnà cum Capituli Prouincialis assensu. Quo audito, à Patribus hinc inde discussis rationibus, propter necessitatem Religionis, & quia illud Monasterium, vt plurimum, pro Natione Hispanica necessarium est, ad Capitula Generalia celebranda, petitioni acquieuerũt. Hac tamen conditione, quod cæteri annui redditus eiusdem conuentus, non expendantur, quoadvsque reintegrentur pecuniæ, expensæ pro emptione fundi: aliàs castigentur superiores à Generali. *ibid.*9. *Hanc constitutionem in hoc fundari credo, quod cum pecuniarum fundus impenditur, in emptione fundi Conuentus, vel in eius ædificatione, non recipiuntur annui redditus, qui ex tali pecuniarum fundo prouenire deberent. Vnde si ille fuerit datus* 1617.

sub aliquo Missarum onere, V.G. tandem nesciunt Fratres, vi cuius, tales Missas celebrare teneantur: sícque possent illas omittere. Et inde, fortè, orta est hæc cōclusio, eiusdem Capituli, n 8. Quia Conuentus Rethelensis, nullam inuenire potest obligationem, ob quam, pro Domino N. in illo celebratur Missa per annum: ideò Patres declararunt, dictum Conuentum exhonerandum esse, ab huiusmodi obligatione. *Hæc ibi; Pereunt enim aliquando chartæ, vel iniuria temporum, vel fratrum negligentia.*

Apostatæ à Fide.

Vt recipiendi. Antequam recipiantur, debet Superior recipiens, habere publicam attestationem absolutionis eorum: ipsám quæ conseruare apud se, vel in archiuo Prouinciæ, ad futuram memoriam: sub pœna priuatio-
1617. nis officij. *c.* 6. *Rom.* 14.

Amissio primogenitura. Tantum de Apostatarum, & Fugitiuorum professionis tempore, detrahitur: quantum extra Ordinum fuerunt. *c. Thu-*
1511. *ron.* 39. *c. Paris.* 17. *c. Pauli.* 29. *c.* 2. *Genu.* 14. *Vi-*
1520. *de* Inquisitio Fugitiui.
1535.

Appellatio.

1552.

Quando facienda. Nec debet fieri, nec admitti, nisi post latam sententiam: & tunc, Iudex à quo, te-
tur

netur mittere processum, ad Iudicem ad quem. Si autem, ante sententiam, quis suos Superiores adierit: ad suum Superiorem à quo dicessit, remittatur; ad expectandum iudicium: & pœnam Apostasiæ luat. *c.* 5. *Val.* 15. *593.*

De re graui, non autem de leui, potest fieri immediatè ad summum Pontificem. Quæ verò fit intra limites Religionis, debet fieri gradatim: à Correctore scilicet, ad Prouincialem: à Prouinciali ad Generalem. *c.* 5. *Valent.* 15. *c. Maßil.* 55. *c.* 6. *Rom.* 14. *Quomodo.* 1593. 1611. 1617.

Aue Maria.

Quolibet tempore, pulsabitur serò, circa crepusculum diei: vel immediatè post Completorium, secundum consuetudinem patriæ, vel loci: & manè circa diluculum. Est consequenter, pulsabitur prima missa, semel. *Cæremoniæ* 8. *Quãdo debet pulsari.*

B.

Barba.

BArbam vniformem, tonsam vel razam, non autem protensam, portare debemus: sub pœna inobedientibus taxata. *c.* 6. *Rom.* 14. *Qualis portanda.* 1617.

Beatificatio.

R. P. G. de Bono. Ad instantiam R. P. Commissi Valentinensis, ex parte suæ Prouinciæ, iniunctum fuit Reuerendo Patri Zeloso, vt sollicitaret, & procuraret in Curia Romana, Beatificationem Reuerendi Patris Gasparis de Bono. *c. Massil* 27. Idem fuit conclusum, ad instantiam. R. P. Prouincialis Valentinensis. *c.* 7. *Rom.* 9. Sicut & de Beatificatione, Reuerendi Patris Pauli de Paternó, ad instantiam R. P. Commissi prouinciæ sancti Francisci, *ibid.* Vbi etiam statutum fuit, quod procuraretur Beatificatio R. P. Gasparis de Bono, impensis Prouinciæ Valentinensis: vel, si hæc non sufficeret, totius Hispaniæ: vel, si hæc adhuc non sufficeret, totius Ordinis. Idem proportione facta statutum fuit, de expensis faciendis, in Beatificatione R. P. Pauli de paterno. Quod statutũ, voluerunt Patres habere etiam locum, quando agetur, de Canonizatione dictorum Reuerendorum Patrum: seu etiam de Beatificatione & Canonizatione, aliorum quorumcunque Patrum vel Fratrum nostri Ordinis. *ibid.*

1611.

1523.

R. P. P. De Paterno.

Impensa.

Idem fuit conclusum, ad instantiam Commissi Prouinciæ Franciæ, nomine suæ Prouin

Prouinciæ, de Beatificatione Reuerendi Patris Petri Moreau, Conuentus nostri Suessionensis Fundatoris: vitæ sanctæ & illustris. Cuius sepulcrum dominus honorare dignatus est, crebris, & quotidianis miraculis. *c.* 3. *Barchino.* 20. *R. P.P. Moreau.* *1629.*

Idem conclusum fuit, ad instantiam R. P. Ioseph. à Messana, Prouiciali Neapolis, de Beatificatione bonæ memoriæ Fratri Andreæ Pepole, Oblati: cuius sancta est memoria apud Neapolitanos. *ibid.* 21. *F. Andrea Pepole.*

Idem conclusum fuit, ad instantiam Commissi Hispalensis, de Beatificatione fœlicis recordationis Fratris Ioannis de Sancta Maria, Oblati; qui in vita & morte, miraculis fuit conspicuus: & ad cuius sepulcrum, in ecclesia nostra Xerēsi, Deus quotidie miracula patrare non desinit. *ibid.* 22. *F. Ioannis de S. Maria.*

Idem conclusum fuit, ad instantiam eiusdem Commissi, de Beatificatione Viri Apostolici, Domini Ioannis Rodrigo de Sancta Marina, Sacerdotis & Ordinis nostri Tertiarij, miraculis clari: cuius corpus conditum & incorruptum asseruatur, in ecclesia nostrarum Monialium Trianensium *ibid.* 23. *R. Domini Ioannis Rodrigo Tertiarij.*

Mirarer nullam factam fuisse mentionem,

in hoc Capit. de procuranda Beatificatione Illustriss. & Reuerendiss. Francisci de Sales, Episcopi & Principis Geneuensis, Sacri Ordinis nostri Tertiarij: nisi scirem, Concilium Generale Prælatorum & Cleri Galliarum, Parisiis conuocatum, anno 1625. Sum. Pont. Vrbanum VIII. per speciales literas supplicasse, vt dignaretur ad ipsius Beatificationē procedere. Iacobus Gauterius, in Tabula Cronographica sæculo, 17. fol. 3. col. 5. *Vnde, non fuit opus, vt Minimitana nostra Religio, hac in re laboraret. Prædictus Tertiarius, Sanctitate, fama publica & vniuersali, & quamplurimis Miraculis, est admodum Clarus. Fundator Ordinis Sanctimonialium Visitationis B. Mariæ Virginis: Ordini nostro aggregatus, à R. P. Antonio de Bissy, tunc Correctore Grationopolitano, anno 2617. Tanta fuit; Prælati huius erga Ordinem nostrum, deuotio: vt nostris obuians multoties, ostendens dicti Ordinis cingulum, dixerit: Videte an non sim ex Fratribus vestris. Mortuus est Lugduni, Ætatis suæ anno 56. Fpiscopatus 20. Salutis 1622. Eius vita, mors & Miracula, quæ in dies multiplicantur, à variis, iisque doctissimis auctoribus, certatim scripta fuere: Maximè à R. P. Ludouico Ripariano, seu de la Riuiere, eius familiarissimo, & amicissimo: Viro Religiosissimo; Prædicatore celeberrimo; Sacri Ordinis nostri Ornamento singulari;*

gulari; quondam Prouinciæ Lugdunensis Prouinciali; R. P. Francisci Ripariani, alias Collegæ Generalis, germano fratre.

Vitas Reuerendorum Patrum Pauli de Paterno, & Gasparis de Bono: Nec non fælicissimæ memoriæ, Fratris Ioannis de Sancta Maria, Vide in historia generali nostri Ordinis, elegandissimè descripta, ab Illustrissimo & Reuerendissimo Patre, Domino Ludouico Doni-Dattichy; nunc, ex eodem Ordino, Regiensi Episcopo. lib. 2. & 4.

Vt iustorum & Sanctorum Patrum, iugis sit inter Fratres memoria, & virtutum exemplar ab eis desumatur: statim atque aliquis insignis vita Religiosus, vita functus fuerit, fiat inquisitio summaria, inter ipsos fratres Ordinis, de eius virtuosa & pœnitẽti vita: & si reperiatur eximiæ Sanctitatis, supplicetur Ordinarius, vt velit procedere iuridicè, ad examinationẽ Fratrum: vt recens memoria, certum reddat veritatis in posterum testimoniũ. Hæc omnia authentica instrumenta, asseruentur in archiuo Prouinciæ: vt, si aliquando diuinæ voluntati placuerit, seruos suos exaltare: reperiatur aliquid, quo sanctorum vitæ institutum, dignosci possit. *c. 3. Barch.* 19.

Inquisitio in Ordine ad beatificationem facienda, statim post mortem.

Benedictio.

Huius Ordinis Fratres, Bene-

Exeuntium

& redeuntiũ. dictionem à suis superioribus suppliciter exposcant. Cum ipsorum licentia, bini & bini extra conuentum proficiscantur: eandem etiam Benedictionẽ, cum redierint, petant. *Regula Fratrum*, 19. Insuper quandiu foris extiterint (pro vt eorum superior ipsis ordinauerit) illorum alter, Correctoriis vice fungatur *ibid.* 20.

A quo danda. Vbicumque simul præsentes fuerint Corrector localis & Prouincialis, aut eius Vices-gerens: Prouinciali cedat ipse localis Corrector, suoque Vices-gerenti, vt minor maiori. Et si aliquando fratres, ab ipso locali Correctore Benedictionem petierint, in dicti Prouincialis, vel sui Vices-gerentis præsentia: eidem Prouinciali, vel suo Vices-gerenti, ipso Prouinciali absente, aut eius Superiori, nutu vel verbo supplicet ipse localis Corrector, quatenus tales Benedici postulanres, Benedicere dignetur. *Cor.* 62. *Hinc euidentissimè patet, Benedicendos esse Fratres à Superioribus, dum ab eis Benedictionem petunt, quod in nimiam desuetudinem transiit.*

Vt petenda & à quo danda post cœnam. Singuli etiam fratres, in refectoriis huius Ordinis, post quamlibet cœnam, astantes supplices, Benedicantur à Correctore Generali, si præsens fuerit: in eius verò absen

absentia, à proprio Prouinciali. Et in absentia omnium ipsorum, ab aliquo suorum Vices-gerentium, ibidem astante ità: quod, semper à principali Superiore, seu Vices-gerente inibi præsente, suppliciter petatur ipsa Benedictio. *Cor.* 63.

Post cœnam, cuncti Fratres petant Benedictionem a Superiore, flexis genibus, cum capitis inclinatione. *Cærem.* 19.

Superiores, debent stantes, post cœnam, fratres Benedicere, non autem flexis genibus. *c.* 1. *Aucn.* 14. *Quemodo danda.* 1578.

Ad sonum campanæ refectorij, ad refectorium conuocati fratres, Psalmo *De profundis*, cum versiculis & oratione competentibus, Benedictione iuxta formam Breuiarij debitè peractis, prandebunt. *ibid.* *Mensa.*

Benedictio Ornamentorum Ecclesiæ, Correctoribus & eorum Vicariis, non permittitur. Non enim possunt vti priuilegio Leonis X. circa hoc, absque licentia Capituli Generalis. Reseruatur ergo hæc Benedictio, Superioribus Prælatis, & corũ Vicariis, ad vsum tantum locorum nostri Ordinis. Ad vsum verò aliorum ab Ordine nostro, Generali, eiusque Vicariis. *c.* 1. *Barchin.* 28. *c.* 5. *Ian.* 9. *Ornamentorum Ecclesiæ.*

Verùm, licèt est vi priuilegij Leonis X. Cor-

rectores eorúmque Vicarij, non possent benedicere Ecclesiastica ornamenta: possunt tamen, virtute priuilegij Innocentij VIII. quod refert Roderigues to. 1. q. Reg. q. 19. a. 2. & Peirinis noster, initio secundæ partis Ritualis, post Mirandā tom. 2. Manual. q. 40. a. 2. conclus. 2. his verbis. Innocentius VIIII. concessit Prioribus Ordinis, & Vicariis in absentia Priorum, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscunque monasterij, posse benedicere corporalia, vestimenta, cæteráque Ornamenta Ecclesiastica, ad cultum Diuinum pertinentia, tam sui Monasterij, quam etiam vndecumque sint. *Idem concessit Pius V. vt refert Roderigues citato.*

Notat autem Peirinis, ibid. Primò, hoc priuilegium intelligi, de Vicariis Correctoris, eodem die non reuersuri: non de aliis Vicariis Correctoris. Secundò, Capitulum Generale, non potuisse Correctoribus auferre hanc authoritatem, benedicendi prædicta Ornamenta: quia, quod per superiorem conceditur, per inferiorem reuocari non potest. Licet enim, quilibet posit renunciare suo priuilegio, inquātum tangit ius suum priuatum: non potest tamen, inquantum tangit ius alienum: Vt etiam notat noster Passarellus, in notandis priuilegiorum, notabili 19. Vnde Capitula Generalia, non potuerunt his priuilegiis renunciare, in fratrum præiudicium.

Et Ecclesiasticas dignitates, non debent procurare nostri Ordinis Religiosi. *c. Tholos.* 26. *c.* 2. *Rom.* 16. *Non procuranda.* 1514.

Bona conuentus. 1517.

Caueatur sollicitè, vt huius Ordinis Generalis, neque Vigiles, neq; Prouinciales, neq; sui Vicesgerētes, absque speciali cōsensu Correctoris, & Capituli conuentus, (vbi ipsi pro tempore applicabunt, seu residebunt) temporalia ipsius cōuentus bona, secum deferant, aut alienēt, vel de loco ad locū transferant, seu transferri faciant: nisi aliquando in Generali vel Prouinciali Capitulo, secus super his ordinaretur esse faciendum. Aut, nisi pro euidenti necessitate alicuius conuentus, taliter fieri expediret. Insuper cū aliqui huius Ordinis Fratres aut Oblati, extra conuētū aliquem ire habuerint, nihil secum ex ipso conuentu deferant, seu deferri faciant, nisi primitus hoc ipsum superioribus ostendant. *Cor.* 50. *Vt trāsferenda & non alienanda.*

Conuentus Valetani, tit. Nostræ Dominæ de monte oliuarum, bona seu processiones, quas reliquit nobis honorandus vir Ludouicus Augias, dicti Cōuentus Fundator, inhibetur & strictè prohibetur, omnibus & singulis fratribus, qui pro tēpore in *Valetani Conuēt.*

dicto

dicto conuentu manebunt, permutare, vendere, aut alienare, cuidam Reinerio, aut cuilibet alii: sed semper maneant immobilia, in statu quo nunc sunt, iuxta vo-
1611. luntatem dicti Fundatoris. *c. Massil.* 8.

Breuia Apostolica.

Qualia non impetranda. Si quis contra sui status integritatem, & Regulæ nostræ puritatem, attentauerit aliquod Breue impetrare, seu impetrari faceret, vt possit priuilegio aliquo singulari gaudere: vbi legitimè super hoc conuictus fuerit, si Superior sit, etiam si Generalis foret, ipso facto vniuersos eiusdem Ordinis Fratres præsentes & futuros, ex nunc ab eorum obedientia, penitus absoluunt & ezimunt: & illis de cætero obedire, inhibent: & ad nouam electionem statim procedendum fore, decernunt Patres. Si verò subditi sint, per annum actiua & passiua vocibus priuentur: & iure etiam pri-
1535. mogenituræ sint priuati. *c. Paulit.* 2.

Perlectæ fuerunt literæ Reuerendissimi Domini Vice-protectoris nostri, a Sanctissimo Papa nostro Iulio, viuæ vocis Oraculo emanatæ: in quibus ipse Reuerendiss. Cardinalis zelo nostræ Religionis motus, non solum nos exhortabatur ad con-

seruatio

seruationem nostræ Regulæ, sed etiam exigebat, illos Prouinciales puniri, qui superiori Capitulo Valentino, literas supplices, contra Regulæ nostræ, meliora & præcipua statuta, R. P. Generali dederant: vt eas eum Romæ foret, Apostolica authoritate confirmari curaret. Quorum culpam, licet grauissima pœna, mulctandam esse, Patres capitulantes censuerint: tamen, quia errorem suum humiliter cognouerunt: Venerandi Patres, super contritis & confessis misericordia moti, tam prædictos Prouinciales, quam ipsarum literarum auctorem & scribam, disciplinam accipere, & totum Psalteriū recitare voluerunt. *c.2. Genn. 5. Vide quæ dicimus de* 1553.
Oblatis Ordines suscipientibus, Verbo Oblati.

C.

Cæcus.

NOn est priuatus voce actiua, benè tamen passiua. Pro emissione autem voti, ne aliqua interueniat fraus dum votum emittit, debent illi adhiberi duo Scrutatores. *c. 5. Valent* 19. *Quá voce priuatus.* 1593.

Non est in Ordine recipiendus. *Vide Nouitij.* *Non recipiendus.*

Cære

Cæremoniæ.

Legenda. Pro memoria ſemper habenda, legantur noſtræ Cæremoniæ coram Fratribus, infra quindecim dies, aut infra menſem, completum. *Cær.21.*

Quibus tenemur. Miſſalis & Breuiatij noui cæremonias, ſeruare tenemur, omiſſis noſtris, in iis quæ illis ſunt contraria: non autem in aliis. *c.* 4.
1574. *Genu.32.c.1.Barchin.5.c.Maſſil.59.*
1581.
1611.

Calceatura.

Qualis. Huius Ordinis fratres Clerici, & Laici, Profeſſi & Nouitij: itẽ Sorores choro deputatæ, Laicæ & Oblatæ, profeſſæ & Nouitiæ, ad nutum vtantur Socolis, aut ſoleis factis ex ſparto, vel palmis, aut ſtramine, vel funibus, aut iuncis, vel etiam calceis deſuper apertis, iuxta prouinciarum varietates. Niſi vbi neceſſitas vrgens, vel ſuperioris diſcreta diſpenſatio, relaxauerit à pedum nuditate. *R.F.6. R.* S. 6. Oblati autem, vtantar integra calceatura. *R.F.7.*

Non omnes fratres indifferenter debent eſſe calceati, ſed attendenda eſt neceſſitas, & à Superiore probanda: cuius diſcreta diſpenſatione interueniente, à pedum nu-
1593. ditate relaxabuntur Fratres. *c.5. Valent.* 20.

Campa

Campanæ.

Singulis diebus Dominicis,omnibus Festis duplicibus, ſemiduplicibus, & ſolemnibus generaliter, ter pulſabitur campana in vtriſque Veſperis, Matutinis & Miſſa conuentuali,ſpacio vnius *Miſerere.* Feſtis tamen maioribus & mobilibus, feſtis Domini Sabahoth,& huiuſmodi, prolongentur pulſationes pluſquam in Dominicis diebus, & aliis feſtis:vel plures Campanæ pulſentur, ſecundum facultatem loci, ad diſcretionem Sacriſtæ. In feſtis verò ſimplicibus,& non transferendis, bis tantum pulſabitur Non eſt tamen prætereundum, quod in ſingulis noſtris Conuentibus,poterunt haberi tres aut plures Campanæ, pro commoditate locorum, & Feſtorum ac dierum ſolemnitate : ad pulſandum Matutinas,Veſperas,Complerium, Miſſas & Sermones. Et, ſi ob penuriam locorum, haberi non poſſunt, duæ ſaltem habeantur tanti ponderis, quod poſſint audiri à populo circumuicino Sit vna alia minoris ponderis, cum qua pulſabitur ad prandium, ad cœnam & ad collationem. Sit etiam Campanella, ad portam vni funi affixa.

Eccleſiæ quoties pulſandæ.

Quot habēdæ.

Quales.

Refectorij.

Portæ.

affiza. Sint etiam aliæ campanellæ, pulsandæ in Missis, quando dicitur, *Gloria in excelsis Deo. Sanctus, Sanctus*, & durante Corporis & Sanguinis Christi eleuatione. *Cærem.* 1.

Campanella. Campanella nunquam debet pulsari, ad Matutinum vel ad Missam. *ibid.* 7.

Cantores.

Quot deputandi. Deputentur duo Fratres qui incipere habeant psalmos, & Hymnos, in vtroque latere: quibus absentibus, Hebdomadarius pro primo Choro supplebit: & Frater alius, quem Corrector dixerit esse deputandum, supplere poterit pro secundo Choro. Et tales sic deputati, in loco suæ professionis semper sedeant, tam in officio diuino quam alibi. *Cær.* 12.

In festis solemnibus. Duo Cantores induti vt decet, in festis solemnibus, Hebdomadarium Ecclesiam cæremonialiter proficiscentem, præcedant: & simul facta coram altari debita reuerentia, Cantores vadant ad pulpitum, vbi sedes fuerit præparata, & ibidem remaneant, vsque ad finem officij. *ibid.* 13.

Vt & quæ intonabũt. Quando Cantores fuerint induti, ambo simul incipiant Antiphonas, psalmos, Hymnos, Responsoria lectionum, *Magnificat*

cat & *Benedictus*, ac etiam dicant Inuitatorium, & *Venite exultemus*, & Versus, Responsoriorum Lectionum, totaliter ad longum. *ibid. Vide* Chorus.

Cantus.

Laudibus diuinis Fratres huius Ordinis in clericos assumpti, & Sorores, pro debitis horis persoluendis, tanquam idoneæ deputatæ, cum tremore alacriter intendentes, simpliciter computando, absque notulis, reuerenter ac ceremonialiter persoluant diuinum Officium, iuxta Romanæ Ecclesiæ ritum. *R.F.*12.*R.S.*9. *Qualis.*

Si quis autem in eodem Ordine, introduxerit cantum cum nota, vel aliàs vbicumque officialiter cãtauerit, si talis Prælatus sit, etiam si Generalis existat, ipso facto ab officio deponatur, & ad omne officium huius Ordinis de cætero inhabilis reddatur. Cæteri verò fratres sic officialiter cantantes, & in hoc ipsum consentientes, ac ibidem voluntariè assistentes, per annum continuum priuentur actiua & passiua voce & iure primogenituræ. *Cor.*24. *Contrauenientium pœna.*

Cantus cum nota nobis non permittitur, ne quidem in choris & Ecclesiis alienis: cum tales nos debeamus exhibere

1581. foris, quales ſumus domi, *cap. 1. Barchin.*
1629. 20. *cap. 3. Barchinonenſ. 55. Hoc autem vltimum addit*, tam in officio diuino quam extra illud, *quod non ſatis poſſum mirari. Cur enim non licebit fratribus, tempore & loco debitis, honeſtæ & deuotæ recreationis cauſa, eccleſiaſticos Hymnos, ſæcularium more, extra chorum cantare? Maximè cum in Cor. 24. præallato, prohibeatur duntaxat, vbicumque officialiter, ſeu officium diuinum perſoluendo, cantare?*

Qualis. Officium diuinum ſiue diurnum ſiue nocturnum, tam de Domina quam de die, debet cantari voce quadrata, quaſi computando, cum pauſis competentibus, in medio & in fine cuiuſlibet verſus, cum modico interuallo, ita quòd proferri poſſint iſta duo verba, *Aue Maria*: nec nimis prolongando vocem cum cauda, nec etiam abreuiando, ſed voce quadrata. Eodem cantu cantabitur Miſſa conuentualis in præcipuis feſtis & ſolemnibus diebus, & Miſſa votiua cum opus fuerit. *Cærem. 14. Vide* Officium Diuinum.

Capitulum Generale.

vbi quando & à quibus, Singulis trienniis in feſto Dominicæ Aſcenſionis, vbi prius per aliud præcedens Capitulum Generale fuerit ordinatum,

tum, fiat fratrum huius Ordinis generalis congregatio:ad quam Corrector Generalis, singuli Vigiles & Prouinciales, cum suis Collegis seu Sociis & de cunctis Prouinciis duo Commissi,ex omnibus Commissis cuiuslibet Prouinciæ, decenter electi, capitulariter conueniant. *R. F.* 45. *celebrari debet.*

Nota primò, *Sixtum V. motu proprio & ex certa scientia, transtulisse celebrationem Capituli Generalis, à die Ascensionis ad diem Pentecostes, per suam constitutionem quæ incipit,* In his. *Datam Romæ apud S. Petrum die 5. Maij, anno* 1587. *Quod deinceps in Ordine semper seruatum fuit.* *Translatio ad diem S. Pentecostes.*

Nota secundò, *Paulum V. motu proprio & ex certa scientia, statuisse, quod de cæterò perpetuis futuris temporibus, Capitulum Generale celebretur, non de triennio in triennium, sed de sexennio in sexennium: per suam Constitutionem quæ incipit,* Cum sicut accepimus. *Datam Romæ apud S. Marcum* 1. *Octobris,* 1605. *Ad sexennium.*

Cum autem contigerit quod ipse Generalis Corrector, suo Generali Capitulo, legitima causa interueniente, interesse non poterit: tunc celebrari poterit, tale Capitulum, per ipsius Generalis Correctoris specialem Vicesgerentem, vel per talis Vigilantiæ proprium Vigilem:omni- *Præsidens absente Generali.*

C 2 modæ

modæ poteſtatis eiuſdem Correctoris Generalis, authenticum inſtrumentum habentem. *Cor.95.*

Abſentium Vigilum & Prouincialium Vicarij. Si quis Vigilum vel Prouincialium, legitimè excuſatus, ad Generalis Capituli celebrationem accedere non valeret: illuc loco ſuo aliquem fratrem idoneum; patentibus literis, ſeu authentico procuratorio, debite munitum, mittat: qui in tali Capitulo, pro ipſo fideliter reſpōdeat. *Cor.94.*

Locus Capituli vt petendus. Iuxta ordinationem Reuerendiſſimi Cardinalis Senogalienſis, Ordinis Protectoris, & in Capitulo primo Generali authoritate Apoſtolica Præſidentis, celebrata Miſſa de Spiritu ſancto, proceſſionaliter cantando Hymnum, *Veni creator Spiritus*, ad locum Capituli & electionis ire debent capitulantes: Vbi dicta oratione ad inuocandum Spiritum ſanctum: procedent electores ad electionem, pro zelo Religionis, & ſalute animarum, omnium
1507. temporalium affectu poſthabito. *c.1. Rom.* 15. Idem ſeruatum fuit deinceps: quod
1520. ſpecialiter notatur *in cap. Pariſienſi 5.* vbi fit mentio de indumentis eccleſiaſticis, cum
1523. quibus hæc proceſſio facta fuit. *c.3. Rom.* 8.
1526. *c. Malach.1. & alibi ſæpe. Idem etiam ſeruari debet in capitulis Prouincialibus, cum quod eſt nobilius*

bilius sub aliquo genere, sit regulatiuum cæterorum Et sic de facto obseruatur, saltem in Gallia.

Capitulum legitimatur, mittendo extra locũ Capituli, sigillatim, singulos electores. *c.3. Rom.4. Vbi tamen, solum fit mentio de Commissis, non autem de Prouincialibus.* *Legitimatio.* 1523.

Qui vltrà octo dies, antè diem electiónis Generalis, venerit ad Conuentum in quo celebrari debet Capitulum Generale, teneatur illis diebus sumptus médiocriter soluere. Similiter, qui remanserit vltra tres dies, post conclusum Capitulum. Si quis autem infra illos dies determinatos, venerit aut remanserit, nihil propterea de rata Capituli Generalis: diminuetur. *c.1. Valent.* 18. 1541. *Quomodo ad illud adeandum: quomodo ab illo recedendũ.*

Capituli Generalis translatio, nõ est penes Generalẽ & eius Collegas: sed suborta causa legitima mutandi locũ Capituli, cõsulantur Prouinciales singularum Prouinciarum, de quorum cõsensu huic negotio prouideatur, vel Cõsulatur Summus Pontifex. *c 2. Bon.* 14. *c.1. Forc ul.* 15. *c.4. Rom.*1. *Quomodo transferendum;* 1544. 1547.

Quælibet Prouincia tenetur soluere sex aureos dũtaxat, conuentui in quo celebratur Capitulum Generale. *cap.4 Valent.* 67. Imò etiam absentes. Qui si non legitimè impediti, & per litteras se non 1568. *Rata capituli.* 1571. *Absentes.*

1526. excuſauerint,deponantur. *c. Malach.* 10.*c.* 1.
1538. *Bonon.* 7.*c.* 3.*Valent.* 3.
1567. Non licet quibuſcumque Fratribus, vocalibus exceptis,abſque licentia Generalis, ad Generale capitulum accedere. Qui ſecus fecerint, grauiter puniantur. Qui autem aliqua negotia habebunt in capitulo Generali,illa Commiſſo ſuæ Prouinciæ peragẽda committant. *c.* 4.*Genu.* 33.

Quorum ſit intereſſe.

1574. In Capitulo generali, facta Scribæ electione, debent duo aſſignari ex qualibet Natione, doctiores & magis experti, maximè ſacrorum Canonum ſcientiam habentes:ad difficiliora negotia,quæ proponentur in Capitulo, diſcutienda, & iudicanda: proponenda poſtea Capitulo, ab vno ex ipſis, quem maluerint: vt à toto Capitulo,vel ſaltem à maiori parte, comprobentur, antequam inter ſtatuta habeantur. *c.* 5.*Genu.* 3.

In eo qui negotia difficiliora definient.

1584.

Capitulorum generalium ſeries.

I. ROMANVM I. in Refectorio Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis celebratum, 28. Decembris: poſt fœlicem obitum Beatiſſimi Patris Franciſci de Paula. Præſidente Reuerendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Marco Vigerio Senogalienſi, Tit. Sanctiſſimæ Mariæ trans Tiberin, S.R.E. miſeratione Diuina, Preſbytero

bytero Cardinali : de mandato Sanctissimi Domini Nostri, Iulij Papæ II. cuius erat creatura: quique, cum dicto Pontifice, triginta quinque annorum familiaritate, coniunctus erat. A quo denique deputatus fuit Commissarius, Præsidens & Legatus specialis, supra nostram Religionem *ibid.* 1. 1507.

2. THVRONENSE, celebratum in Conuentu Iesus Mariæ, iuxta Thurones, die 29. Maij. 1511. *ibid.* 1. *Præsidente Reuerendo Patre Francisco Binet, Generali.*

3. THOLOSANVM, celebratum in Conuentu Iesus Mariæ, aliàs Sancti Rochi, iuxta Tholosam, 23. Maij. Præsidente eodem Reuerendo Patre Francisco Binet, Vicario Generali, loco Generalis defuncti. *ibid.* 1. 2. Quo officio, sum- 1514. mi Pontificis iussione, ac expresso mandato, fungebatur. *ibid.* 5.

4. ROMANVM II. celebratum in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis, 22. Maij. *ibid.* 1. Præ- 1517. sidentibus, primò, multis Reuerend. Episcopis, à Reuerendiss. Domino Cardinali Sanctæ Crucis, Protectore nostro, missis. *ibid.* 4. Postmodum, eodem Reuerendis. Cardinali Protectore. *ibid.* 8. Approbatum & confirmatum fuit, à Reuerend. Episcopo Terdonensi, authoritate sibi commissa, facta ipsius coram illo lectura. *ibid.* 37.

5. PARISIENSE, celebratum 16. Maij, in Conuentu nostro Parisiensi, Tit. Deiparæ Virginis totius Gratiæ. *ibid.* 1. *Præside, Reuerendo* 1520. *Patre Francisco Cerdonio, Generali.*

6. ROMANVM III. celebratum in Con-

uentu Sanctissimæ Trinitatis, 10. Maij. Præsidente, primò, Reuerendo Patre Francisco Binet
1523. Generali. *ibid.* 1. Posteà duobus Reuerendis Dominis Episcopis, à Reuerendis. Protectore nostro, ad vices suas in dicto capitulo obeundas, missis. *ibid.* 8.

7. MALACHITANUM, celebratum in Conuentu nostro Malachitano, tit. sanctæ Ma-
1526. riæ de Victoria, 9. Maij. *c. Malach.* 1. *Præsidente Reuerendis. Patre Martiali de Vicinis Generali.*

8. GRATIONOPOLITANUM, celebratum in Cœnobio Grationopolitano, tit. Iesus
1529. Mariæ de Plana, 5. Maij. *c. Grationop.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Ioanne Sutoris Generali.*

9. GENUENSE I. celebratum in Conuen-
1532. tu Genuensi, tit. Iesus Mariæ. *c.* 1. *Genu.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Desiderio de Mota Generali.*

10. PAULITANUM, celebratum in Conuentu Paulitano, tit. Sancti Francisci de Paula 1. Maij. Præsidente Reuerendo Patre Prouinciali Calabriæ, ad hoc electo, ob absentiam Reuerendissimi Patris Generalis Thuronis degentis: iuxta literas eiusdem Patris Generalis ad capitulum directas, quibus Præsidentis capitu-
1535. li electionem, eidem capitulo remittebat. *c. Paulit.* 1.

11. BONONIENSE I. celebratũ in Conuentu nostro Bononiensi, tit. Sancti Benedicti, 23.
1538. Maij. *c.* 1. *Bonon.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare de Fosso, Generali.*

12. VALENTINENSE I. celebratũ in Conuentu Valentinensi, tit. Sancti Sebastiani, 23. Maij.

bytero Cardinali : de mandato Sanctissimi Domini Nostri, Iulij Papæ II. cuius erat creatura: quique, cum dicto Pontifice, triginta quinque annorum familiaritate, coniunctus erat. A quo denique deputatus fuit Commissarius, Præsidens & Legatus specialis, supra nostram Religionem. *ibid.* 1. 1507.

2. TVRONENSE, celebratum in Conuentu Iesu Mariæ, iuxtà Turones, die 29. Maij. *ibid.* 1. 1511.
Præsidente Reuerendo P. Francisco Binet, Generali.

Hoc Capitulum, confirmatum fuit à Iulio II. sicut Paulitanum à Paulo III. & Barchinon. III. (CASSATIS *tamen &* ANNVLLATIS *electionibus Generalis, Collegarum & Zelosi in eo factis*) *ab Vrbano VIII. Verùm de huiusmodi confirmationibus & illarum effectu, agemus Verbo* Statuta.

3. THOLOSANVM, celebratum in Conuentu Iesu Mariæ, aliàs Sancti Rochi, iuxta Tholosam. 23. Maij. Præsidente eodem R.P. Francisco Binet, Vicario Generali, loco Generalis defuncti. *ibid.* 1.2. Quo officio, summi Pontificis iussione, ac expresso mandato, fungebatur. *ibid.* 3. 1514.

4. ROMANVM II. celebratum in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis, 22. Maij. *ibid.* 1. Præsidentibus, primò, multis Reuerend. Episcopis, à Reuerendiss. Domino Cardinali Sanctæ Crucis, Protectore nostro, missis. *ibid.* 4. Postmodũ, eodem Reuerend. Cardinali Protectore. *ibid.* 8. Approbatum & confirmatum fuit à Reuerend. Episcopo Terdonensi, authoritate sibi commissa, facta ipsius coram illo lectura. *ibid.* 37. 1517.

5. PARISIENSE, celebratum 16. Maij, in Conuentu nostro Parisiensi, tit. Deiparæ Vir-

1520. ginis totius Gratiæ. *ibid.* 1. *Præside, Reuerendo Patre Francisco Cerdonio, Generali.*

6. ROMANVM III. celebratum in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis, 10. Maij. Præsidente, primò, Reuerendo Patre Francisco Binet
1523. Generali *ibid.*1. Posteà duobus Reuerendis Dominis Episcopis, à Reuerendiss. Protectore nostro, ad vices suas in dicto capitulo obeundas, missis. *ibid.*8.

7. MALACHITANVM, celebratum in Conuentu nostro Malachitano, tit. sanctæ Ma-
1526. riæ de Victoria, 9. Maij. *c. Malach.* 1. *Præsidente Reuerendiss. Patre Martiali de Vicinis Generali.*

8. GRATIANOPOLITANVM, celebratum in Cœnobio Gratianopolitano, tit. Iesu
1529. Mariæ de Plana, 6. Maij. *c. Gratianop.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Ioanne Sutoris Generali.*

9. GENVENSE I. celebratum in Conuen-
1532. tu Genuensi, tit. Iesu Mariæ. *cap.* 1. *Genu.* 1. *Præsidente Reuerendiss. P. Desiderio de Mota Generali.*

10. PAVLITANVM, celebratum in Conuentu Paulitano, tit. Sancti Francisci de Paula 1. Maij. Præsidente Reuerendo Patre Prouinciali Calabriæ, ad hoc electo, ob absentiam Reuerendissimi Patris Generalis Turonis degentis: iuxta literas eiusdem Patris Generalis ad capitulum directas, quibus Præsidentis capituli electionem, eidem capitulo remittebat.
1535. *c. Paulit.* 1.

11. BONONIENSE I. celebratum in Conuentu nostro Bononiensi, tit. Sancti Benedicti,
1538. 23. Maij. *c.* 1. *Bonon.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare de Fosso, Generali.*

12. VA

12. VALENTINENSE I. çelebratum in Conuentu Valentinensi, tit. Sancti Sebastiani, 23. Maij. *c.1. Valent. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Bernardo de Fabro, Generali.* 1541.

13. BONONIENSE II. celebratum in Conuentu Bononiensi tit. Sancti Benedicti, 20. Iulij: dilata quippe fuit huius celebratio capituli per duos menses ratione Belli, authoritate Apostolica. *c.2. Bonon. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare de Fosso Generali.* 1544.

14. FOROIVLIENSE I. celebratũ in Conuentu Foroiuliensi, 17. Maij. Præsidente, Reuerendissimo Patre Marcello Palmerio Generali. *c.1. Foroiul. 1.* 1547.

15. VALENTINENSE II. celebratum in Conuentu nostro Valentinensi, 12. Maij. *cap. 2. Valent. 1. Præsidente Reuerendo admodum Patre Simone Guichard Generali.* 1550.

16. GENVENSE II. celebratũ in Conuentu Genuensi, tit. Iesu Mariæ 9. Maij. Præsidente Reuerendo Patre Ioanne Sutoris, Prouinciali Franciæ: cui, Lugduni Reuerendus Pater Ioannes Malras Generalis, sigilla Religionis dederat, & vices suas delegauerat: cum necessariò Romam petere coactus fuisset, ad obeunda quædam grauis momẽti negotia, Capitulo non ignota. Vnde legitimè impeditus, Capitulo interesse non potuit. Quæ omnia, constant ex literis eiusdem Reuerendi Patris Generalis, ad Capitulum Generale missis, eidem Capitulo à dicto Præsidente præsentatis. *c.2. Genu 1.* 1553.

17. FOROIVLIENSE II. celebratum in Conuentu nostro Foroiulensi 11. Maij. *c.2. Fo-*

1556. *roiul. 1. Præsidente Reuerendo Patre Hugone de Calce Generali.*

18. GENVENSE III. celebratum in Conuentu Genuensi tit. Iesu Mariæ, 1. Maij. c. 3. *Genu. Præsidente R.P. Hieronymo Arnono Generali.*
1559.

19. VALENTINENSE III. celebratum in
1562. Conuentu Valentinensi, 4. Maij. *c. 3. Valent. 1. Præsidente Reuerendo Patre Ioanne de Belrisguardo, Generali.*

20. FOROIVLIENSE III. celebratum in
1565. Conuentu Foroiuliensi. *Non reperitur.*

21. ROMANVM IV. celebratum in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis 2. Maij. *c. 4. Roman. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Ioanne à Flumine frigido Generali.*
1568.

22. VALENTINENSE IV. celebratum in
1571. Conuentu Valentinensi, 20. Maij. c. 4. *Valent. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Marcello Palmerio, Generali.*

23. GENVENSE IV. celebratum in Conuentu Genuensi, tit. Iesu Mariæ, 21. Maij. c. 4. *Genu. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare Passarello Generali.*
1574.

24. AVENIONENSE I. celebratum in Cõuentu Auenionensi, tit. Diuæ Mariæ à Miraculis, 23. Iunij Præsidente Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali, Domino Georgio de Arminiaco, Religionis Protectore, Auenionensi Archiepiscopo & Collegato, nec non dicti Conuentus liberalissimo Fundatore: de cuius præsidentia, humanitate, & gratia, gauisi sunt
1578. omnes. c. 1. *Auen.* 1. 2. 12. Capitulum istud, ratione pestis in Italia grassantis, per annum integrum

Maij.*c.*1.*Valent.*1.*Præsidente Reuerendissimo Patre Bernardo de Fabro, Generali.* 1541.

13. BONONIENSE II. celebratum in Conuentu Bononiensi tit. Sancti Benedicti, 20. Iulij, dilata quippe fuit huius celebratio capituli per duos menses; ratione Belli, authoritate Apostolica. *c.*2. *Bonon.* 1. *Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare de Fosso Generali.* 1544.

14. FOROIVLIENSE I. celebratũ in Conuentu Foroiuliensi, 17. Maij. Præsidente, Reuerendissimo Patre Marcello Palmerio Generali. *c.*1. *Foroiul.* 1. 1547.

15. VALENTINENSE II. celebratum in Conuentu nostro Valentinensi, 12. Maij. *cap.* 2. *Valent.* 1. *Præsidente Reuerendo admodum Patre Simone Guichard Generali.* 1550

16. GENVENSE II. celebratũ in Conuentu Genuensi, tit. Iesus Mariæ 9. Maij. Præsidente Reuerendo Patre Ioanne Sutoris, Prouinciali Franciæ: cui, Lugduni, Reuerendus Pater Ioannes Malras Generalis, sigilla Religionis dederat, & vices suas delegauerat: cum necessariò Romam petere coactus fuisset, ad obeunda quædam grauis momenti negotia, capitulo non ignota. Vnde legitimè impeditus, capitulo interesse non potuit. Quæ omnia, constant ex literis eiusdem Reuerendi Patris Generalis, ad capitulum Generale missis, eidem capitulo à dicto Præsidente præsentatis. *c.*2. *Genu.* 1. 1553.

17. FOROIVLIENSE II. celebratum in Conuentu nostro Foroiuliensi 11. Maij. *c.* 2. *Foroiul.* 1. *Præsidente Reuerendo Patre Hugone de Calce Generali.* 1556.

18. GENVENSE III. celebratum in Con-
1559. uentu Genuensi tit. Iesus Mariæ, 1. Maij. *c.3. Genu. Præsidente Reuerendo Patre Hieronymo Arnono Generali.*

19. VALENTINENSE III. celebratum in
1562. Conuentu Valentinensi, 4. Maij. *c.3. Valent. 1. Præsidente Reuerendo Patre Ioanne de Belrisguardo, Generali.*

20. FOROIVLIENSE III. celebratum in
1565. Conuentu Foroiuliensi. *Hoc capitulum non reperitur.*

21. ROMANVM IV. celebratum in Con-
1568. uentu Sanctissimæ Trinitatis 23. Maij. *c.4. Roman. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Ioanne à Flumine frigido, Generali.*

22. VALENTINENSE IV. celebratum
1571. in Conuentu Valentinensi, 20. Maij. *c. 4. Valent. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Marcello Palmerio, Generali.*

23. GENVENSE IV. celebratum in Con-
1574. uentu Genuensi, tit. Iesus Mariæ, 21. Maij. *c. 4. Genu. 1. Præsidente Reuerendissimo Patre Gaspare Passarello Generali.*

24. AVENIONENSE I. celebratum in Couentu Aueniouensi, tit. Diuæ Mariæ à Miraculis, 23. Iunij. Præsidente Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali, Domino Georgio de Arminiaco, Religionis Protectore, Auenionensi Archiepiscopo & Collegato, nec non dicti Conuentus liberalissimo Fundatore: de cuius præsidentia, humanitate, & gratia, gauisi sunt
1578. omnes. *c.1. Auen.1.2.12.* Capitulum istud, ratione pestis in Italia grassantis per annum integrum

grum dilatum fuit, Apoſtolico diplomate, quo Generali in præterito Capitulo electo mandatur, vt per tale ſpacium vltra triennium officium ſuum exerceat. *ibid. 7. Cur autem vltra annum prorogatum, ſcilicet, vſque ad 23. Iunij, non reperi. Forte, non erat annus tam præcisè limitatus, in prædicto diplomate.*

25. BARCHINONENSE I. celebratum in Conuentu Barchinonenſi, tit. S. Franciſci de Paula, vltima Aprilis. Præſidente Reuerendiſſimo Patre Ioſeph le Tellier, Generali. *c. 1. Barchin. 1. 28.* 1581.

26. GENVENSE V. celebratum in Conuentu Genuenſi, tit. Ieſus Mariæ, 5. Maij. Præſidente Reuerendiſſ. Patre Alphonſo à Villa-Maiori, Generali. *c. 5. Genu. 1.* 1587.

27. ROMANVM V. celebratum in Conuentu Sanctiſſ. Trinitatis, 14. Maij. Præſidente Illuſtriſſimo Domino Protectore. *c. 5. Rom. 1. 6.* 1584

28. Capituli vigeſimi octaui, nulla fit mentio, *inquit Paſſarellus, poſt Capit. V. Romanum*, eo quod. R. P. Gregor. Carbonellus à Paula, eo tempore Generalis exiſtens, fuerit denuò, pro maiori commodo totius Religionis viſitandæ, per Brèue Apoſtolicum S.D. P. Sixti V. confirmatus. *An autem fuerit celebratum, nec ne, non dicit. Exiſtimo non fuiſſe celebratum: cum non fuerit eligendus Generalis: cum de eo, nulla mentio fiat, nulla ſtatuta extent: cum denique Conuentus Valentin. in quo celebratum fuit ſequens Capitulum, in c. 5. Rom. immediatè præcedenti, pro futuri Capit. celebratione fuerit aſſignatus. Capitulum tamen Valent. V. vigeſimum nonum dicitur, & inſcribitur: Genuenſe.*

nuense VI. trigesimum; & sic deinceps. Quasi inter Rom.V. & Valent.V. aliud, numero scilicet 28. fuisset celebratum: quod, vt iam dixi, non existimo. Ne tamen, à Capitulorum Generalium subsequentium titulis videar deuiare: eorundem titulorum numerum sequar, in sequentium Capitulorum serie referenda.

29. VALENTINENSE V. celebratum in Conuentu Valent. 6. Iunij. Præsidente Illustriss. Archiepisc. Valent. Patriarcha Antiocheno: virtute literarum, in forma Breuis, Illustrissimi Dom. Camilli Caietani, Nuncij in Regnis Hispaniarũ, cum potestate Legati à Latere S.D.N. Clem. VIII. Virtute etiam literarum, Regis
1593. Catholici Philippi II. *c.5. Valent.* 1.

30. GENVENSE VI. celebratum in Conuentu Genuensi, tit. Iesus Mariæ. Præsidente Reuerendiss. Patre Isidoro Samblasio, Genera-
1596. li. *c.6. Genu.* 1.

31. AVENIONENSE II. celebratum in Conuentu Auenion. Præsidente Illustrissimo & Reuerendiss. Vicelegato Apostolico, necnon Ciuitatis Auenion. Archiepiscopo: virtute cuiusdam Breuis Apostolici, fœlicis memoriæ
1599. Clem. P. VIII. *ibid.* 1.

32. BARCHINONENSE II. celebratum in Conuentu Barchin. 26. Maij. Præsidente R.D. Episcopo Barchinon. virtute cuiusdam Breuis, emanati ab Illustriss. Sedis Apostol. in Hispania Nuncio: & literarum Serenissimi ac potentiss. Regis Catholici Hispaniarum. Quibus perlectis, Reuerendiss. Pater Hieronymus Durandus Generalis, iussit sibi à Sede Apostoca etiam transmissum Breue perlegi: cuius hæc
fuit

fuit vis : vt fuerit protestatus, se non tenore Breuis Illustrissimi Nuncij, in Præsidem, Reuerendiss. Episcopum Barchinon. admittere: Sed in gratiam Regis Catholici:& propter Episcopalem dignitatem, necnon singulares dicti Reuerendiss. Episcopi dotes : & breuiter pro bono pacis, citra consequentiam, aut vllum præiudicium. *c.2.Barch.*1. 1602.

33. GENVENSE VII. celebratum in Conuentu Genuensi tit.Iesus Mariæ, 29.Maij. Præsidente Reuerendiss.P.Petro Hebert, Generali. *c.7.Genu.*1. 1605.

34. MASSILIENSE celebratum in Conuentu Massiliensi, tit.S.Mariæ Angelorum, 22. Maij.Præsidente Reuerendiss.P.Matthia Chicco, Vicario Generali. *c.* 1.*Massil.*1. *Hic, mortuo Reuerendiss.P.Stephano Angerio, dum Hispanias visitaret, eius loco, ferè per triennium, fuit suffectus.* 1611.

35. ROMANVM VI. celebratum in Conuentu Sanctiss. Trinit. 14.Maij. Præsidente Illustrissimo & Reuerendiss.P. D.Augustino Galaminio, Sacri Ordinis Prædicatorum, Cardinali Ara-Cœli : totius nostræ Religionis Vice-Protectore vigilantissimo. *c.6.Rom.*1. 1617.

36. ROMANVM VII. ibidem celebratum, 4.Iunij.Præsidente Eminentissimo ac Reuerendiss. D.Hippolito Cardinali Aldobrandino, Religionis nostræ Protectore vigilantissimo. *c.* 7. *Rom.*1. 1623.

37. BARCHINONENSE III. celebratum in Conuentu Barchinon. 3.Iunij. Præsidente admodum Illustri & Reuerendissimo Domino

Ioanne

Ioanne Sentis, Episcopo Barchinon. virtute literarum Illustrissimi & Reuerendiss. Nuncij Hispaniarum, quibus Præses Capituli constituebatur. *c.3.Barchin.2.*
1629.

Capitulum Prouinciale.

Quando & vbi celebrandũ. Celebretur de triennio in triennium, die penultima mensis Septembris, vbi expedierit annuatim assignandum. *R. F.* 48.

A quibus. Ad solos verò Prouinciales, eorúmque Socios, & cuiuslibet Conuentus Correctores, ac Commissos, Capituli Prouincialis spectabit celebratio. *Cor.* 101.103.

Præsidens absente Prouinciali. Cum autem contingeret, quod Prouincialis capitulo (legitima causa interueniente) interesse non posset: tunc celebrari poterit tale capitulum, per aliquem fratrem idoneum per talis Prouinciæ specialem Prouincialem debitè substitutum. Ipsius etiam Prouincialis authentico instrumento munitum. *Præsente.* Veruntamen, si aliquando Capitulum ipsum celebrare vellet, Generalis specialis Vicesgerens, omnimodæ potestatis authentico instrumento præmunitus: aut, in eius absentia, talis Vigilantiæ specialis Vigil, etiam ipso Prouinciali præsente, nullus sit qui hoc impedire valeat. Ipsis etiam superioribus simul

capitu

capitulariter conuenientibus, ante ipſos præſideat dictus Correctoris Generalis ſpecialis Vicesgerens, præfato authentico inſtrumento debitè præmunitus. Ipſo verò abſente, ibidem præſideat talis Vigilantiæ ſpecialis Vigil, ſi adfuerit. In cuius & omnium prænominatorum abſentia, ibidem præſideat dictus eiuſdem Prouincialis Vicesgerens, authentico ipſius procuratorio, ſeu inſtrumento, debitè præmunitus. *Cor* 95. *Vide* Prouincialis.

Capitulum Prouinciale vnicum, non autem duo, ſimul & ſemel, in qualibet Prouincia celebrare licet: cùm monſtruoſa res ſit, duo corpora eidem corpori colligari. *c.* 2. *Rom.* 10. *Vnicum.* 1517.

Capitulum Prouinciale, quod de triennio in triennium celebratur in qualibet Prouincia, poteſt fratres rehabilitare ob arreptas fugas, & alias quaſcumque cauſas. *c.* 5. *Rom.* 11. *Rehabilitare poteſt.* 1587.

Prouinciales, Collegæ, Correctores & Commiſſi, in Capitulo Prouinciali in quo eorum expletur officium, in omnibus actis Capituli, quovſque terminetur, vocem habent: nec quidquam ſine illis legitimè concludi poteſt. Vnde non debent excludi è capitulo, vt nouiter electi introducan *A quibus concludendum.*

1629. ducantur. *c.* 3. *Barchin.* 54. *An autem nouiter electi debeant introduci de Iure, non est determinatum. Vide* Prouinciales.

Quo Ordine in eo facienda electiones. In Capitulis Prouincialibus, post electionem Prouincialis, imprimis & ante omnia, Correctorum electiones aperiantur, & in suis conuentibus assignentur. Demùm, ad electiones Collegarum & Definitorum Prouinciæ, deueniatur. Electiones secus factæ, nullius sint valoris, sed nullæ censeantur. *ibid.* 62.

Capitulum Intermedium.

Vbi & à quibus celebrandũ. Prouinciales, sua annua capitula Prouincialia, in sua duntaxat Prouincia, celebrare liberè possunt, vbi in alio nouissimè celebrato capitulo Prouinciali, fuerint assignata. *Cor.* 102.

Quid in eo faciẽdum. In ipsis autem annuis Capitulis Prouincialibus, debita fiat deffinitio cunctorum localium Correctorum, primitus electorum, per cuiuslibet huius Ordinis conuentus fratres vocales. Per solos verò Prouinciales eorúmque Socios & Conuentuum Correctores, ac Commissos, fiet talium localium Correctorum assignatio. Vbi autem eligi consueuerũt Definitores, illic ad solos Prouinciales & Definitores

præta

prætactos, ſpectabit dictorum Correctorum localium aſſignatio huiuſmodi. *ibidem* 103.

Debet ſolùm celebrari à Prouinciali, cum quatuor vel ſex Definitoribus, plus minúſve, ſecundùm exigentiam & conſuetudinem Prouinciarum. Qui Definitores, debent eligi in primo Capitulo, in quo eligitur Prouincialis, *c.4. Rom.* 13. Iuxta 1568.
Bullam Pij V. ibidem publicatam & acceptatam. Item, *c.4. Valent.* 18. 1571.

Quid poſſit.

Eandem prorſus vim habet, ac Capitulum Prouinciale, in omnibus & per omnia: ita vt, in illo Prouincialis & Definitores illa omnia facere & definire poſſint, quæ antea, in iiſdem Capitulis Intermediis, fiebant & definiebantur, à Prouinciali, Correctoribus & Commiſſis *c.* 4. 1571.
Valent. 18. *c.* 5. *Valent.* 13. Et in illo poſſunt 1593.
eligi Prouinciales, vel Collegæ, loco mortuorum, depoſitorum, & cæt. ſub præſidentia Vicarij Prouincialis, ſubſtituti loco defuncti, depoſiti, & cætera. *cap.* 4. 1571.
Valent. 19.

Quòd autem Capitulum Intermedium debeat celebrari die penultima menſis Septembris, nullibi reperi. Nuſquam tamen interrupta conſuetudo, à diebus B. P. Franciſci de Paula, vt

cortißimè credo, vim legis habere censendam est.

Capitulum Locale.

Sororũ. Sorores ac Oblatæ huius Ordinis, ter in hebdomada, videlicet, secunda, quarta, & sexta feriis, pro dicendis culpis suis, ac etiam pro Conuentus negotiis expediendis, capitulariter conueniant. Quibus ita congregatis, singulæ ipsarum, decenti Religionis Ordine, primùm quidem Nouitiæ, postmodum Oblatæ iam professæ, & deinde Sorores professæ, coram matre Correctrice, publicas culpas suas, reuerenter dicant. Et iniunctam sibi prouidè pœnitentiam salutarem, benignè suscipiant. *R. S.* 13.

Fratrũ quando & quomodo celebrandum. Singulis feriis secundis, & quartis, ac sextis totius anni, cuncti Fratres & Oblati, in Capitulo Locali, tanquam salubri purgatorio, culpas suas humiliter dicant: & iniunctam sibi prouidè pœnitentiam, benignè suscipiant: quam vt decet adimplentes, absoluti censeantur. Si autem aliqua dictarum feriarum, occurrerit quoddam festum duplex, vel superuenerit aliqua necessitas vrgens, tolleretur die tali ipsum Capitulum prætermitti.

mitti. Si verò aliquando in aliquo Conuentu noui quidquam emergeret, poterit Capitulū ipſum, per Correctorē, vel eius Superiorem, frequentiùs celebrari. *Cor.* 28.

Talibus autem capitularibus diebus, cunctis Fratribus & Oblatis ad ipſum Capitulum conuenientibus, localis Corrector, vel eius Vicesgerens, aſſuetas faciat recommendationes, pro Sanctiſſimo Domino noſtro Romano Pontifice, pro tempore exiſtente: pro huius quoque Ordinis Minimorum Reuerendiſſimo Protectore: & pro Reuerendiſſimorum Cardinalium ſacroſancto Collegio: vnà cum reliquis ſingulis, pro quibus orare obligatur Ordo ipſe. *Cor.* 29. *Recommendationes in ipſo facienda.*

Ipſis etiam recommendationibus debitè terminatis, ſinguli Fratres inibi capitulariter aſtantes, coram ipſo Correctore, aut eius Vicesgerente, culpas ſuas humiliter dicant, ordine ſequenti. Primùm quidem cuncti Nouitij: deinde Oblati profeſſi: quibus omnibus excluſis, ſinguli Fratres in hoc ipſo Ordine expreſsè profeſſi, primitus defectus ſuos inſimul proferant: deinde, qui ſpeciales culpas habuerint, illas inibi particulariter dicant. Quibus ſingulis taliter *Culpa vt in eo dicenda.*

Negotia in eo vt tractanda. finitis, ſi quæ tractanda fuerint, breuiter & ſuccinctè, inibi tractentur. Et quoniam iuſtum eſt & rationabile, vnumquemque *Sedes Fratrũ in Capitulo.* iuxta receptionis ſuæ locum, & ſtatum, gradúmque ſedere, & loqui; quilibet in hoc Ordine expreſsè profeſſus, de négotiis palam propoſitis, ſuo gradu & ordine ſecundùm Deum loquatur. *Cor.* 30.

Breuitas & ſecretũ Capit. Correctores in eorum Capitulis, diu non detineant Fratres: nec ea quæ ſecreta ſunt, vbiuis diuulgari permittant, niſi duntaxat Fratribus vocalibus, ſeu vocem capitularem habentibus. Si quis verò capitularium ſecretorum quidquam reuelauerit (quod vergat in detrimentum communitatis, vel alicuius perſonæ) ſiue talis ſit Prælatus, ſiue ſubditus, tribus continuis feriis ſextis, comedat panem & aquam duntaxat. *Cor.* 32.

Capſa.

Quatuor clauium. Vbi pecuniales eleemoſynæ ſcripto redactæ fuerint, per miniſterium Oblatorum, vel amicorum ſpiritualium, recondantur in Capſa, quatuor clauaturis clauſa: quæ reponetur in Sacriſtia, vbi fuerit Sacriſtia. Sin autem, teneatur ipſa Capſa in aliquo loco congruo & ſecuro. *Cor.* 44.

Captiui.

Captiui.

Redimendi sunt, expensis Prouinciæ ipsorum, cuius sunt naturales, vel si hæc sit adeò pauper, quòd non possit eos redimere, redimantur expensis totius Nationis. *c.*7. *Rom.*43. *A quibus redimẽdi.* 1523.

Carcer.

Quando infirmitatis necessitas exposcit aliquam relaxationem vel commutationem fieri, de consilio medici (si adfuerit) poterit Corrector, de consensu localis Capituli, delinquentem è carceribus extrahere, & illum transferre, seu transferri facere, ad aliquem locum congruum & tutum. *Cor.*7. *Quando mitigandus.*

Nullus debet incarcerari, nisi præuiis semper fraternis ac discretis monitionibus, habitóque Seniorum consensu. Nisi fortè super aliquo quatuor Votorum, aut alio graui casu, vel scandalo, rationabiliter legitiméque, aliquis conuictus fuerit. *Cor.*23. *Quomodo iniungendus.*

Carceres, sint fortes & humani, & sufficienter illustrati aliquo competenti lumine, per craticulam ferream illuc introfuso. Insuper, rationabili causa interue- *Qualis esse debeat.* *Cella*

pro carcere. niente, aliquando pro carcere, dentur cellæ ſeparatæ. *Cor.52.*

Non ingrediendus. Carcerem nullus Fratrum ingredi audeat, exiſtentibus ibidem Fratribus incarceratis, abſque expreſſa Superioris licen-
1514. tia. *c.Tholoſ.45.*

Habendus. Curent Correctores Prouinciales, quod in omnibus Conuentibus ſuæ Prouinciæ, ſi fieri poteſt, ſint firmi & fortes Carceres.

Pœna ipſum violantium. Quod ſi quis alium fratrem de Carcere extraxerit, vel ad exeundum, vel frangendum Carcerem, per inſtrumentum aliquod, carcerato, per ſe, vel per alium, miniſtrauerit, incarceretur ipſe, tandiu, quãdiu Frater incarceratus, de iure ſtare de-
1514. buiſſet in Carcere. *c.Thol.45. c.4. Valent.62.*
1571. Quilibet Superior, alicubi videns ali-
Quibus poſſit iniungi. quem Fratrem clamoroſum, & præſertim ſæculares ſcandalizantem, ſeu aliàs rebellem, & contumacem: abſque ſuorum reſpectiuè Seniorum ſuper huiuſmodi conſilio, poteſt tali Fratri præcipere, vt vadat ad ſuam cameram. Si autem Frater huiuſmodi, dicto eius Superiori ſuper hoc inobediens fuerit: per dictum, vel alium eius reſpectiuè Superiorem, de ſuorum ſociorum conſilio puniatur. Definientes,

Et quomodo. quòd maior Superior, abſque ſuorum

reſpe

respectiuè Seniorum, seu Sociorum consilio, possit minori Superiori, citra Carceres & alias pœnas graues, iuxta delicti exigentiam, pœnitentiam imponere: ita tamen, quòd coram Nouitiis, supra secretis delictis, pœnitentia cuiquam non imponatur, ne pusilli scandalizentur. *c.Tholos.*47. 1514.

Castitas.

Fratres & Sorores in perpetua castitate viuentes, oculum scandalizantem eruant, & omnem compaternitatem, ac suspectum consortium, & prauum consilium, penitus fugiant. *Regula Fr.* 21. *R. S.* 15. *Vt seruanda.*

Si quis castitatem sanctam violauerit, vbi quamprimùm super hoc legitimè conuictus fuerit, sex mensibus incarceretur: vel grauius puniatur, iuxta delicti grauitatem, & exigentiam: prout Correctori Generali & talis Prouinciæ Vigili vel Prouinciali, cum suis Sociis, secundùm Deum, meliùs expedire videbitur. Et vlteriùs, dictis sex mensibus durantibus, singulis quartis ac sextis feriis, à vino abstineat: & deinceps, à cunctis huius Ordinis officiis, & ab auditione *Violantium pœna.*

confessionum perpetuò priuetur, nisi per Capitulum Generale, considerata ipsius qualitate, rehabilitetur. Et à carceribus non liberetur talis delinquens, nisi per aliquem Superiorum Prælatorum vel suorum Vicesgerentium. *Cor.* 36.

Qui cum sacris Virginibus aliquid turpe egisse conuictus fuerit, eisdem pœnis subiaceat, quibus conuictus de crimine
1581. Nephando. *c.* 1. *Barchin.* 18.

Crimen Nephãdum.

Qui in Nephando crimine fuerint deprehensi, aut de illo conuicti, per viginti annos, indispensabiliter carceribus mancipentur: singulis quartis & sextis feriis, disciplinæ & inediæ panis & aquæ tradendi: perpetuò vtraque voce priuati, sicut & audientia confessionum & authoritate prædicandi, iuxta Bullam Pij quinti. Qui verò per confessionem patientis fuerint denunciati, adstringantur ad confessionem per tormenta religiosa, qualia sunt, vnius anni carcer, compedum & manicarum vincula, panis & aquæ ac di-
1581. sciplinarum pressura. *c.* 1. *Barch.* 18. *& cap.* 5.
1584. *Ian.* 5. in quo postremo dicitur. Quo ad eos qui per confessionem tantùm patientis fuerint denunciati, si fama aliqua contra illos aliàs præcessit, teneatur Superior

tunc

tunc facere diligentem inueſtigationem, ſuper facti veritate inquirenda: ita, quòd, ſi indicia aliqua præter confeſſionem patientis apparuerint, ſeruatis de iure ſeruandis, poſſit ſuperior contra ambos procedere. Quòd ſi nulla apparuerint, puniatur tantùm patiens, cùm ex ore ipſius iudicari poſſit: niſi Prælato vt patri, & non vt Iudici reuelauerit.

Cellæ.

Si quis abſque ſuperueniente neceſſitate, ſine Superioris licentia, introierit cellas aliorum Fratrũ, quòd vtique (niſi oſtio manente aperto) fieri non permittitur, pro prima vice comedat panem & aquam duntaxat: pro ſecunda verò, panem & aquam huiuſmodi, in terra ſedendo comedat: pro tertia autem vice (ſi ſubditus ſit ipſe delinquens) vltra prætaxatam pœnitentiam, in terra ſic peragendam, voce actiua & paſſiua, per annum priuetur. Si verò Prælatus quiuis, abſentibus ipſis Fratribus, vel abſque ſocio, cellas aliorum Fratrum intrauerit, poſt tertiam vicem, iuxta delicti exigentiam, per aliquem ſuperiorum Prælatorum legitimè puniatur. *Cor.* 54. *Vide* Seræ. *In illas vt non liceat intrare.*

Censuræ.

Vt fulminanda. Fulminandæ ſunt cum matura deliberatione, & rariſſimè, & pro grauibus cauſis, non pro leuibus (quales ſunt, hortum ingredi, fructus accipere, coquinam intrare, & ſimilia) denique de conſenſu Se-
1574. niorum. *c.4.Genu.21.*

Charitas.

Omnes Regulæ vtriuſque ſexus Correctores & Correctrices, exortas veſtros inter Fratres ac Sorores, lites quaſcumque, pro viribus extinguatis, & ad veram concordiam & pacem, illos Charitatiuè reducatis. Mutuam inſuper charitatem, vos omnes ad inuicem ſeruantes, & vos mutuò Fratres ac Sorores vocare non verentes. In veſtris tribulationibus & aduerſitatibus ac infirmitatibus, vos inuicem in Domino viſitetis & conſolemini. *Regula vtriuſque ſexus 20.*

Chorus.

Fratres media nocte, finito vltimo pulſu Eccleſiam ingreſſi, hebdomadarius, vel qui ſupplet vicem illius, faciat ſignum propria manu, vt omnes apertè audiant: & ſurgentes inclinando capita ſua inclinatio

natione profunda, (ita quòd iungi possint eorum manus ad propria genua) dicant secretò, *Pater noster, Aue Maria*, & *Credo in Deum.* Quibus dictis, hebdomadarius reiteret signum: & omnes discooperto capite se erigant vertentes faciem ad maius altare. Et tunc Hebdomadarius incipiat simpliciter: *Domine labia mea*, pollice signando os signo crucis, & *Deus in adiutorium*, *&c.* manu extenta signando se signo Crucis à fronte ad pectus, & à sinistro humero vsque ad dextrum. Quo finito, modico interuallo facto, omnes vertant se facie ad faciem, & profundè inclinantes se, dicant, *Gloria Patri*, quo finito, omnes se erigant dicentes, *Sicut erat.* Postmodum prima habens responsoria, vel gerens vicem illius, primò vertat faciem ad altare, & incipiat inuitatorium: Fratres etiam, versa facie ad altare, respondeant respondenda; & sic permaneant vsque ad *Gloria Patri*: quo incepto, omnes vertentes se facie ad faciem profundè se inclinent, vt dictum est. Quibus finitis, incipiens Psalmos de latere Hebdomadarii, vel in eius absentia, ipse Hebdomadarius, vel eius vicem supplens, versa facie ad altare incipiat Hymnum. Quo dicto,

dicto, habens prima reſponſoria, aut alius vice ſua facie verſa ad altare, intonet antiph. & immediatè inchoator pſalmorum (verſa etiam facie ad altare) incipiat pſalmum mediocri tono, non nimis altè, nec nimis depreſsè, ſeu baſsè vocem protrahendo, nec caudam prolongando. Chorus autem ex parte cuius incipietur pſalmus, non ſedeat, donec primus verſus finiatur. Alius autem chorus pſalmo inchoato ſedeat, excepto pſalmo, *Laudate pueri Dominum:* in quo debent omnes ſimul erigi vſque ad tertium verſum, & inclinari ad ſecundum, videlicet, *Sit nomen Domini benedictum.* Hîc pro regula tenēdum eſt, quòd quilibet incipiens pſalmum, vel aliud aliquod in officio diuino, ſemper faciem verſus altare habeat taliter inchoando: & modica capitis inclinatione facta, cum cæteris ſedeat. Sedeant etiam omnes pſallendo. Finito verò officio beatæ Virginis Mariæ, hebdomadarius incipiat officium diuinum altiori tono. Sciendum eſt etiam pro regulá, quòd inclinationes profundæ debent fieri in vltimo verſu omnium Hymnorum, & quando dicitur *Gloria Patri,* ad breuia reſponſoria: & quoties dicitur prima oratio diuini officij tam Virgi-

nis

nis quàm festi occurrentis:& quoties dicitur in officio, *Pater noster*, singulis vertentibus facie ad faciem, & profundè se inclinantibus (vt dictum est.) Similiter quando dicitur, *Confiteor*, in Prima & Completorio:& *Credo in Deum.* Pro regula est etiam notandum, quòd quando hebdomadarius dicet primam collectam diei post diuinum officium, omnes se inclinent profundè (vt dictum est suprà) vsque ad *Per Dominum.* Quo finito, omnes se erigant vertendo faciem ad altare: & in festis duplicibus quando vna duntaxat collecta pronuntiatur. Cùm verò plures recitantur collectæ, tunc dicto *Per Dominum* primæ collectæ, omnes se vertant facie ad faciem, vsque ad finem antiph.& versiculi sequentis collectæ. Hebdomadario autem dicente, *Oremus*, omnes se vertant ad altare:& sic erecti maneant vsque ad inchoationem alterius antiphonæ: qua incœpta, omnes se vertant facie ad faciem vsque ad *Oremus*: & sic iterum se vertant ad altare:& sic de aliis antiphonis, & aliis collectis. Cùm verò peruentum fuerit ad vltimam collectam, tunc maneant versa facie ad altare, vsque ad *Fidelium animæ.* Hebdomadarius verò semper maneat versa

facie

facie ad altare, vſque ad finem omnium collectarum huiuſmodi. *Cær.* 11.

Hebdomadarius verò, quicunque ſit ille, ſuæ profeſſionis locum teneat, niſi fortè ſuperpelliceo, aut aliis indumentis eccleſiaſticis veniret induendus: tunc enim ſecundus poſt Superiorem ſedebit, ſi ſit de latere Superioris: ſin autem, primam alterius lateris ſedem obtinebit, ſi Superior alius in latere alio non fuerit. Deputentur etiam duo Fratres, qui incipere habeãt Pſalmos, & Hymnos in vtroque latere: quibus abſẽtibus, Hebdomadarius pro primo choro ſupplebit: etiam Frater alius, quem Corrector dixerit eſſe deputãdum, ſupplere poterit pro ſecundo choro: & tales ſic deputati in loco ſuæ profeſſionis ſemper ſedeãt, tam in officio diuino quàm alibi. Deputati verò ad prima & ſecunda reſponſoria dicenda, maneant in vltimis inferioribus ſedibus: & quando volunt dicere breuia reſponſoria Horarum diei, vel verſiculos Matutinorum & Veſperorum, ſi fuerit duplex feſtum, vadant ſimul ad medium chori, modica tamen diſtantia inter eos habita: & facta ibidem reuerentia coram altari, ſimul incipiant breue reſponſorium: deinde totus Chorus reſpon

respondeat repetendo idem respōsorium. Cùm verò ventum fuerit ad *Gloria Patri*, chorus se inclinet, vt dictum est. Dicentes autem huiusmodi responsoria, non se inclinent, nisi finito *Gloria*: finito verò vltimo versu breuis responsorij huiusmodi, ac facta coram altari, ac sibi inuicem reuerentia cum profunda inclinatione, redeant ad sedes proprias. *Cær.* 12.

In Festis solemnibus, quando thurificandi tempus aduenerit, Hebdomadarius, vel eius Vicesgerens solemniter indutus in vtrisque Vesperis, & Matutinis, Ecclesiam cæremonialiter proficiscatur, deferendo in manibus crucem, vel aliquid super altare reponendum. Nihilominus tamen præcedāt eum duo ceroferarij, cum acolyto thuribulum in eius manibus portante, & duobus cātoribus, omnib. tamen indutis vt decet: & simul facta coram altari debita reuerentia, cantores vadant ad pulpitum, vbi sedes fuerit præparata, & ibidem remaneant vsque ad finem officij. Hebdomadarius autē posita Cruce super altare, flexis genibus manens super proximum gradum altaris, thuribulum de manu acolyti accipiat, & ter medium altaris, & ter dextrum, videlicet, & sinistrum

cornu

cornu eiusdem altaris thurificet: deinde erigat se,& iterum incenset vt priùs. Facta autem ibidem reuerentia iunctis manibus procedat ante pulpitum chori, & ibidem stet erectus:& facto ab eo ibidem signo, dicatur ab omnibus inclinatis *Pater noster, Aue Maria,*& ad Matutinas, *Credo in Deum: Credo in Spiritum sanctum, &c.* Et interim cùm oratio Dominica à fratribus profertur, acolytus veniat ad pulpitum, præfatum hebdomadarium cum inclinatione ter thurificaturus. Postea hebdomadarius incipiat *Domine labia mea aperies:* vel *Deus in adiutorium.* Peracto verò versiculo *Gloria Patri,* vsque ad *Sicut erat,* tunc deposita cappa inter manus acolyti, prædictus hebdomadarius vadat ad locum suum prædictum. Cùm autem peruentum fuerit ad vltimam antiphonam Laudum, vel Vesperorum ante capitulum, iterum hebdomadarius vadat ad pulpitum, & reassumpta cappa ibidem permaneat vsque ad *Benedictus*, vel *Magnificat.* Et in principio prædictorum canticorum iterum hebdomadarius ad maius altare accedat, & incenset illud, vt priùs. Deinde redeat ad pulpitum dicturus ibidem omnia, quæ suo officio congruunt. Et interim veniat

acoly

acolytus cum thuribulo, & ter incenſet eum. Similiter & cantores (ſi tamen veſtibus ſacris ſint induti) incenſet, vnum poſt alium, incipiendo à fratre ſeniore. Deinde vadat acolytus ad Fratres ſtantes in ſedibus Chori in hunc modum: primò ſuperiores ſedes adeat, eas totaliter luſtrando, & incipiat thurificare à prima ſede de latere hebdomadarij. Peracto verò vtroque latere ſedium ſupernarum, immediatè vadat ad ſedes inferiores, circumeundo eas ex vtraque parte: & in fine facta reuerentia vadat ad Sacriſtiam: & ſic exequatur quæ ſunt peragenda. Eſt tamen pro regula habendum, quòd quando cãtores fuerint induti, ambo ſimul incipiant Antiphonas, Pſalmos, Hymnos, Reſpõſoria lectionum, *Magnificat*, & *Benedictus*, ac etiam dicant *Inuitatorium*, & *Venite exultemus*, & verſus reſponſoriorum lectionum totaliter ad longum. Veruntamen non venit prætereundum, quòd quando dicitur, *Salue Regina*, vel alia antiph. tunc hebdomadarius vadat ad proximum gradum altaris, & cantores in inferiori gradu, & ceroferarij retro eos, & ſic genibus flexis permaneant vſque ad finem: & omnibus completis,

ſicut venerunt, ordinatè reuertantur dicti Fratres. *Cær.* 13.

Quando in eo ſedendum quando ſtãdum.

In omnibus Pſalmis (vt dictum eſt) ad omnes lectiones, tam de Domina, quam de die: in Pſalmis canticorum graduum, quando de feria fit, ſint ſedentes. In cæteris verò canticis, ſcilicet, *Te Deum: Magnificat: Nunc dimittis: Benedictus:* & ad Symbolum *Quicumque*, Fratres ſtabunt erecti. In cantico verò *Te Deum laudamus*, cùm peruentum fuerit ad verſiculum *Iudex crederis eſſe venturus*, omnes genua flectant in terram: & ſic flexis genibus finiant verſum *Te ergo quæſumus*: quo finito omnes ſe erigant, & ſic reſiduum perficiant. *Cær.* 16.

Quando Caput operiendum vel diſcooperiẽdum.

In principio omnium horarum quando dicitur, *Pater noster: Domine labia: Deus in adiutorium*, vſque in finem Inuitatorij, & Hymni, & ad omnes Abſolutiones, ad capitula, ad *Te Deum, Benedictus: Magnificat: Nunc dimittis: Quicumque vult:* & ad omnes orationes cum ſuis commemorationibus: ad *Salue Regina*, vel aliam: ad breuia reſponſoria: & quoties dicitur *Pater noster, Credo in Deum, Confiteor*, & *Pretioſa*, & quando dicuntur Preces aut Litaniæ, omnes diſcooperto capite permaneant vſque ad finem. Omnes verò recitantes benedictiones,

ctiones, abſolutiones, lectiones, reſponſoria breuia, & alia: etiam inchoantes Pſalmos, & Hymnos: intonantes antiphonas, & alia quæcunque, etiam tandiu diſcooperiantur. *Cær.* 17.

Fratres autem in choro maneant genibus flexis in veſperis quando inchoatur Hymnus *Aue maris ſtella*, vſque ad finem primi verſus. Similiter in primo verſu illius Hymni *Veni creator Spiritus* in fine omnium Horarum, quando dicitur *Salue Regina.* vel alia antiph. pro tempore: excepta antiph. *Regina cæli*, quæ dicitur erecto corpore. Illis autem diebus in quibus dicendum eſt canticum graduum, & quando dicuntur *Pater noſter*, verſiculi, & orationes: & in ferialibus diebus, quando dicuntur preces & quando in Miſſa dicitur, *Et homo factus eſt. Et procidentes adorauerunt eum. Et verbum caro factum eſt. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum, &c. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, &c. Flectamus genua:* omnibus his durantibus genua flectant Fratres, vt habetur in breuiario. *Cær.* 18. *Quando genuflectēdam.*

Claues.

Capſæ clauem vnam teneat quilibet *Capſ.*

localis Corrector. Alteram teneat Sacrista. Aliam seruet aliquis Frater vocalium, ad hoc per dictum Capitulum Locale specialiter electus. Quartam teneat Oblatus, ad hoc etiam per Capitulum electus. Si verò alicubi contingeret, quòd Oblati ad hoc idonei non inuenirentur, vel aliàs suspecti haberentur, teneatur dicta quarta Clauis, per aliquem alium Fratrem vocalem, ad hoc ipsum similiter electum. Et semper sollicitè attendatur, quòd nullus duas simul Claues apud se teneat. Fieri tamen licitè poterit, quòd, qui vnam dictæ capsæ Clauem tenuerit, vnam etiam
Trunci. Ecclesiæ Trunci Clauem, simul & semel, seruet ac teneat. *Cor.* 44.

Clauigeri.

Præsentes. Cùm aperietur ipsa capsa, adsint omnes Clauigeri. *Cor.* 44.

Absentes. Cùm verò quis eorum extra Conuentum ire habuerit, Correctori primitus indicet, cui ipse, vsque ad suum regressum, seruandam reliquerit Clauem sibi capitulariter traditam. Si verò dicti Clauigeri aliquando extra Conuentum ierint, & Correctori primitus non indicauerint,

quos

quos suis locis reliquerint, ipsius Correctoris arbitrio puniantur. *Cor.* 45.

Clerici.

Possunt illis peculiares Confessores, duo vel tres, à Generali, vel Prouinciali assignari. *c.* 3. *Rom.* 19. *c.* 1. *Bonon.* 11. *Eorum Confessores.* 1523.

Non habent vocem in electione Seniorum, nec Discreti ad Capitulum Prouinciale. *c.* 1. *Valent.* 27. Imò nullam vocem habent in Capitulo, ante Subdiaconatum. Possunt tamen interesse contractibus, qui fiunt per publicum Notarium. *cap.* 7. *Genu.* 12. 1538. *Vox Capitularis.* 1541. 1605.

Qui sine licentia Ordines minores susceperint, duobus annis ab illorum executione suspendantur. Qui autem ad Subdiaconatum, vel ad Diaconatum, per triennium. Qui verò ad Sacerdotium, per sexennium. Qui autem Ordines omnes taliter susceperit, per decennium. Mandatúrque Prouincialibus, sub pœna suspensionis per sex menses, & Correctoribus sub pœna priuationis, vt hoc statutum exequantur. Statuitur præterea, prædictos Clericos vtraque voce priuari, cum diu suspensi sunt, ac nouissimum locum tenere debere inter Sacerdotes. Volúntque *Ordines sine obedientia suscipientium pœna.*

Patres Generales futuros, non posse cum
1517. talibus dispēsare, nisi modo & forma præ-
1523. dictis. *c.2.Rom.7.c.3.Rom.21.c.1.Barch.10.*
1581. Debet Clericis assignari Informator,
Informator. seu Magister morum, à Generali vel Prouinciali, vsque ad sacerdotium. *cap.*
1532. 1. *Genuens.* 12. *cap. Paulit.* 31. Cuius vo-
1535. tum, cùm mittendi erunt ad Ordines, pro
1581. duobus computabitur. *c.* 1. *Barchin.* 6.

Sanctißimum sanè est hoc statutum, & ad coërcendos iuuenum impetus minùs temperatos, non modò corporales, sed etiam spirituales, pernecessarium. At, vt verum fatear, in locis, in quibus fui commoratus, raró, saltem quod sciam, executioni mandatum.

Ordinandi. Possunt ad Ordines mitti, à Capitulis Localibus, vsque ad Sacerdotium, exclu-
1581. siuè. *c.1.Barchin.6.*

Cœna.

Vide Refectorium.

Collega.

Quot deputandi. Singulis huius Ordinis Superioribus, maturè deputentur tres timorosi Socij, qui Seniores nuncupentur: quorum prouido suffulti consilio, commissa sibi Religionis negotia, discretè ac sapienter discernant,

nant, & efficaciter tractent atque definiãt. Quamprimum autem, vt præmittitur, electi fuerint: in ipsorum electionibus, si sint præsentes, in sui verò officij executionis primordio, si sint absentes, in Capitulo fidelitatem Ordini promittant. *R. F.* 51. Tres etiam timorosæ Sociæ, vt suprà, deputari debent singulis Sororum Correctricibus. *R. S.* 32.

Vbicumque in Correctorio agitur de quorumcumque delinquentium incarceratione, suspensione, depositione, aut priuatione: intelligatur huiusmodi, primitus semper fraternis, ac discretis monitionitionibus, habitóque Seniorum consensu: nisi fortè super aliquo quatuor Votorum, aut alio graui casu, vel scandalo, rationabiliter legitiméque conuicti fuerint, ipsi delinquentes. *Cor.* 23. *Consulendi.*

Iidem Socij, cum suis Prælatis deliberare debent super priuatione Correctoris, facta à Capitulo locali. *ibid.* 11.

De eorundem etiam consilio, imponendæ, augendæ, vel minuendæ sunt pœnitentię, tam in Correctorio taxatæ, quàm non taxatæ: & ab eisdem delinquentes sunt liberandi. *Cor.* 105.

Collegæ habent vocem, in suorum *Vox in*

 succes

electionibus. successorum electionibus. Ita declarante Reuerendissimo Domino Cardinali
1517. Protectore, iuxta Correctorium 103. *c.* 2. *Rom.* 8.

Notat autem Passarellus in margine, non esse mirum hanc fuisse motam difficultatem, cùm ante correctionem Correctorij, Socij non haberent vocem in electione futura.

Confirmatio. Tenentur per se, vel per alios, suam petere confirmationem à Superiore: aliàs, si super hoc negligentes fuerint, iure per ele-
1535. ctionem acquisito frustrabuntur. *cap. Paulit.* 22.

Primogenitura eorum priuilegia. Collegæ Superiorum quorumcunque, possunt vbicumque vti priuilegiis suæ primogenituræ: in mensa sedere & benedicere, in absentia Correctoris localis, & quæ antiquitatem Religionis aspiciunt, in omnibus exercere: nemine contrarium
1532. tentare valente. *c.* I. *Ian.* 7. *c. Paulit.* 26.
1535. *Si in mensa benedicere & præsidere, absente Correctore, sunt priuilegia primogenituræ, & antiquitatem Religionis aspiciunt, vt hîc innuitur, indubitatum planè est, hospites conuentualibus antiquiores, posse in Refectorio præsidere, Fratrésque benedicere, cùm priuilegia primogenituræ, non magis amittant in refectorio, quàm in choro. Vt enim dicitur cap. 4. Valentinensi* 48. *&*

habes

habes verbo Prouincialis: non eſt ibi locus Iudicij, *ſeu Iuriſdictionis*: ſed Dignitatis, *ſeu Praeminentiæ.* Vnde & Epiſcopis & Abbatibus datur. Item aliarum Prouinciarum Prouincialibus, *vt ibidem ſtatuitur*, ab ipſis Correctoribus localibus : *aliorum denique Conuentum Correctoribus, ab antiquioribus conuentualibus. Indecorum namque nimis eſſet, videre merè ſubditum, alicui Correctori præponi. De Vicario namque Communitatis, ſeu Refectorij, quem vocant aliqui, nec in Regula, nec in Correctorio, nec in Cæremoniis, nec in Capitulis Generalibus, vlla ſit mentio. Nec etiam video aliquod, vel leue fundamentum, quo nixus Corrector, quandiu eſt in Conuentu, Vicarium Refectorij conſtituere poßit, qui in ipſo præſideat: ſic enim cæterorum Fratrum, non ſolùm hoſpitum, ſed etiam conuentualium, iuribus primogenituræ derogare poſſet, ſuper ipſos Vicarium in Refectorio conſtituendo, quod nemo dicat.*

Vocem habent in electionibus Commiſſorum, ad Capitulum Generale mittendorum. *c.* 1. *Bonon.* 10. *Vox capitularis.* 1538.

In aliquo conuentu reſidentes, in Capitulo Locali, abſente vel præſente Prælato, vocem habent, in venditionibus, emptionibus, reparationibus, in admit-

tendis nouitiis ad professionem, & cæteris grauioribus negotiis, tanquam Fratres locales. *cap.* 2. *Bononiens.* 12. *cap.* 3.
1554. 1559. *Gen.* 6.

Non tamen habent vocem, in electionibus in Conuentibus faciendis. *c.* 2. *Bonon.* 12.

1544. *Eligibilis in Collegam.* 1617. Qui est actu Corrector, potest eligi in Collegam Generalis, non autem in Collegam Prouincialis. *c.* 6. *Rom.* 14.

Collega Generalis.

Non potest in Zelosum eligi. Potest eligi in Zelosum, finito suo Collegatu. *c. Tholos.* 8. non autem antea. *ibid.* 10.

1514. *Potest reeligi.* 1514. Collegæ Generalis præteriti, possunt reeligi in Socios successoris. *c. Tholos.* 8. *huius statuti praxim vide in serie Collegarum Generalium.*

Non eligi in Correctorem. Non potest Collega Generalis, eligi in Correctorem Localem. *c.* 1. *Auenionens.* 8.

1578. *Quid si moriatur.* Si moriatur, per Generalem cum cæteris eius Collegis, & Prouinciali Prouinciæ, in qua mortuus fuerit, cum Collegis ipsius, fiet eius suppletio. *cap.* 1535. *Paulit.* 37. *Vide* Electio Prouincialis, *& cæt.*

Prius

Priùs debet eligi quàm Zelosus. *c.* 1. *Ian.* 5. *c. Paulit.* 24. *Quando eligendus.*

Hispanus electus in Hispania, statim post festum sancti Michaëlis, in Italiam se conferat, suo functurus officio: sub pœna priuationis ab eodem officio: nisi aliundè vrgeat necessitas. *c.* 3. *Valent.* 22. 1532. 1535. *Hispanus.* 1562.

Collegæ Gallo, debet dare pro vestimentis, Natio Gallicana, quinquaginta Ducatos. Hispano, Prouincia Bethica, viginti duos. Prouincia Castellæ, decem & octo. Aragoniæ verò, decem. Collegæ Italo, Prouincia Siciliæ, decem; Calabriæ, decem: sancti Francisci, decem: Tusciæ, decem. *Vestimenta.*

Prouincia verò Lombardiæ (*hoc est, Genuensis, tunc temporis Lombardiam comprehendēs, vt videre est verbo* Prouincia, *in Prouinciarum diuisionibus*) soluet decem scuta aurea Oblato. *c.* 5. *Valent.* 35. *Hæc omnia intellige pro quolibet triennio, tunc enim Generales, ideóque & eorum Collegæ, triennales erant.* 1593.

Collega Generalis actu existens, non potest eligi in Prouincialem: & si eligatur, electio ipso iure est nulla. *ibid.* 19. *Non potest eligi in Prouincialē.*

Collegæ Generalis præteriti, debent deduci ad suas Prouincias, expensis 1593. *Vt reducendus.*

suæ

suæ Nationis. *cap.* 1. *Auenionens.* 21. *c.* 7. *Rom.* 11.

Collegarum Generalium series.

Cum varij, iique exigui, & vt plurimum nulli sint tituli, Collegis Generalibus, in Generalibus Capitulis attributi: Illos Reuerendorum nomine insigniendos, iuxta communem temporis huius, in tota Religione loquendi modum, illorúmque officiis & personis debitam reuerentiam, dignum & iustum esse iudicaui.

	R.P. Iacobus de Morano, *Italus.*	*Electi c.*
1508.	R.P. Matthæus Michaëlis, *Gall.*	1. *Rom.*
	R.P. Francisc. Cerdonus, *Germ.*	22.
	R. P. Matth. Michaëlis, *Gallus.*	*Electi cap.*
1511.	R. P. Ioan. Thalamonis, *Gallus.*	*Turon.*
	Tertium non reperi.	14.
	R. P. Desiderius de Bertrand.	*Electi cap.*
1514.	R. P. Gregorius Tonse.	*Tholos.*
	R. P. Matth. Michaëlis, *Gallus.*	9.
	R.P. Dionysius Barbier, *Gallus.*	
1517.	R.P. Nicolaüs Belline.	*Electi c.* 2. *Rom.* 5.
	R. P. Franc. de Cotrono, *Italus.*	
	R. P. Ludouicus Malherbe.	
1520.	R. P. Isaac Caignet.	*Electi cap. Paris.* 7.
	R.P. Desiderius de Mota, *Gall.*	

R. P.

R. P. Francisc. de Maida, *Italus.*	*Electi c. 3. Rom. 9.*	1523.
R. P. Alphonsus de Aquila.		
R. P. Ioannes Boulon.		

R. P. Hugo de Varenna, *Gallus.*	*Electi cap. Malach. 5.*	1526.
R. P. Alphons. de Stella, *Hisp.*		
R. P. Marcell. Palmerius, *Italus.*		

R. P. Gaspard de Fosso, *Italus.*	*Electi cap. Grat.* 10.	1529.
R. P. Petrus Radiglionis, *Gallus.*		
R. P. Dyd. Alledelberg, *Hisp.*		

Hîc, regulariter cœperunt eligi Collegæ Generales, ex triplici Natione: Italica scilicet, Gallica & Hispanica. Quod deinceps obseruatum fuit. Licèt de hoc nulla extet constitutio.

R. P. Paulus de Cosentia, Italus.	*Electi c.* 1. *Genu.* 27.	1532.
R. P. Saluius de Puteo, Gallus.		
R. P. Io. de Valle-Peigna, Hisp.		

R. P. Anton. de Martino, Italus.	*Electi cap. Paulit.* 9.	1535.
R. P. Simon Guichard, Gallus.		
R. P. Io. de Valle-Peigna, Hisp.		

R. P. Ioan. de Monte-forti, Ital.	*Electi c.* 1. *Bonon.* 31.	1538.
R. P. Saluius de Puteo, Gallus.		
R. P. Franciscus Iasarta, Hispan.		

R. P. Hieron. Sammarchus, Ital.	*Electi c.* 1. *Valent.* 15.	1541.
R. P. Nicolaüs de Fonte, Gall.		
R. P. Didacus N. Hispanus.		

R. P.

R.P.Placidus Talaïa,Italus. } *Electi c. 2.*
1544. R.P.Hugo de Calce, Gallus. } *Bonon.*
R.P.Petrus Mignon, Hispan. } 11.

R.P.Dom.de Tauromina,Ital. } *Electi c. 1.*
1547. R. P.Bernardus Gouit,Gallus. } *Foroiul.*
R. P. Iulianus Vertado, Hisp. } 6.

R. P. Nicol.Motulensis,Italus. } *Electi c.2.*
1550. R.P.Mathur.Auberth, Gallus. } *Valent.*
R.P.Ioannes Marthines,Hisp. } 6.

R.P.Petrus de Briatico, Italus. } *Electi c. 2.*
1553. R.P.Ioan.de Belrisquard.Gall. } *Genu.*
R. P.Ioannes Pharias, Hispan. } 4.

R. P.Stephan.de Massa,Italus. } *Electi c. 2.*
1556. R. P. Nicolaüs Ciux,Gallus. } *Foroiul.*
R.P.Petrus Melgar,Hispanus. } 7.

R.P. Ioannes de Cortali, Ital. } *Electi c. 3.*
1559. R.P.Robertus Ioannis,Gallus. } *Genu.*
R.P.Ioan.de Martinis,Hispan. } 14.

R.P.Bened.de Nucibus,Italus. } *Electi c.3.*
1562. R.P.Ioannes Certin, Gallus. } *Valent.*
R.P. Iacob.de Ledesma, Hisp. } 11.

Collegas Generales electos in Capitulo Foroiuliensi, celebrato anno 1565. *non reperi, cùm hoc Capitulum non reperiatur.*

R.P.

R. P. Virg.de Cast.Franc. Ital. } *Electi c.4.*
R. P. Ioseph le Tellier, Gallus. } *Rom.* 1568.
R.P.Franc.de Henares, Hisp. } 12.

R. P. Vinc.à Pedemonte, Ital. } *Electi c.4.*
R.P.Nicolaüs Ficquet, Gallus. } *Valent.* 1571.
R.P. Antonius Becerra, Hisp. } 57.

R.P. Bened.de Nucibus, Ital. } *Electi c.4.*
R. P. Petrus Furberius, Gallus. } *Genu.* 1574.
R.P. Greg. de Bàlbona, Hisp. } 37.

R. P. Stephanus à Frãcica, Ital. } *Electi c. 1.*
R.P. Vincẽtius Blancus, Gall. } *Auen.* 1578.
R. P. Gabriel N. Hispanus. } 5.

R. P. Franciscus Longus, Ital. } *Electi c. 1.*
R. P. Iacobus Villault, Gallus. } *Barchin.* 1581.
R.P. Franciscus Cuccius, Hisp. } 23.

R. P. Michaël Carafa, Italus. } *Electi c. 5.*
R. P. Simon Bidaur, Gallus. } *Genu.* 1584.
R.P.Hippolyt. Serranus, Hisp. } 27.

R.P.Ioannes B.Pisanus, Italus. } *Electi c. 5.*
R.P.Pontius Lambert, Gallus. } *Rom.* 1587.
R. P. Roder. Ximenes, Hisp. } 8.

R.P.Domin.à Machia, Italus. } *Electi c.5.*
R.P.Gaspar Dinet, Gallus. } *Valent.* 1593.
R.P.Hippol.Serranus, Hispan. } 6.

R. P.

	R.P.Horatius de Reatis.Italus.	*Electi c. 6.*
1596.	R.P.Rolandus Guichard Gall.	*Genu.*
	R.P.Franciſcus Tamayo,Hiſp.	5.
	R.P.Franciſcus Longus,Italus.	*Electi c. 2.*
1599.	R.P.Petrus Hebert,Gallus.	*Auen.*
	R.P.Eman.de Loſcobos,Hiſp.	27.
	R.P.Dionyſius Cortex, Italus.	*Electi c.2.*
1602.	R.P.Adrianus Thierri, Gallus.	*Barch.*
	R. P. Melchior Spinoſa , Hiſp.	23.
	R.P.Eugenius Campoclar.Ital.	*Electi c.7.*
1605.	R.P. Bartholom. Proſt, Gallus.	*Genu.*
	R.P. Marcus de S. Hier. Hiſp.	4.
	R.P.Greg.Carb.à Paula,Italus.	*Electi cap.*
1611.	R.P.Ioannes Blanchus,Gallus.	*Maſſ.*37.
	R.P.Hieron.Gaſca, Hiſpanus.	*&* 38.
	R.P.Sylueſter à Maierato , Ital.	*Electi cap.*
1617.	R.P.Franc.Riparianus, Gallus.	6.*Rom.*
	R.P.Andr. de Valbœna, Hiſp.	5.
	R.P.Ben.Capon.à Catana,Ital.	*Electi cap.*
1623.	R.P.Simon Bachelier , Gallus.	7.*Rom.*
	R. P. Didacus de Aiala , Hiſp.	7.
	R.P.Ignatius à Neapoli,Italus.	*A Summo*
1630.	R. P. Ioannes Kermark , Gall.	*Pont.no-*
	R.P.Io.Pina de cœlis , Hiſpan.	*minati.*

Cauſam vide Generali XXXVIII. vbi illam

illam, provt materia exigit, succinctè declaramus.

Collega Prouincialis.

Durante sui Collegatus triennio, non potest eligi in Correctorem. In fine tamen triennij, habet vocem passiuam, non autem actiuam. *c. Turon.* 48. *c. Tholos.* 70. *c.* 2. *Rom.* 29. *Quando potest eligi in Correct.* 1511. 1514. 1517.

Potest mitti à Prouinciali, de consilio suorum Collegarum, Vicarius Prouincialis ad Capitulum Generale: cùm Prouincialis non potest dictum Capitulum adire. *c.* 2. *Valent.* 2. *Potest mitti Vic. ad Capit. Gener.* 1550.

Non potest eligi ex aliena Prouincia, sed solum ex propria. Et dum è Conuentu exit, absente proprio Prouinciali, à Locali Correctore benedictionem petat, nisi aliqua sibi commissa authoritate potiatur. Tenetur autem Corrector, ipsi socium assignare, pro suis negotiis, aut Religionis peragendis. *c.* 3. *Valent.* 8. *Vnde eligendus, & quomodo è Cōuentu exire debeat.* 1562.

Collega, Prouincialis ab ipso cum aliis Collegis, & Capitulo Locali, priuati seu suspensi, vsque ad Capitulum Prouinciale proximè celebrandum, (in quo de eius suspensione & priuatione, pleniùs est tractandum) non admittatur, neque etiam *Quomodo se habebit in causa depositi, seu suspensi Prouincialis*

alij Collegæ, ad Capitulum illud Prouinciale, si sint Definitores, ne in sua causa sint Iudices: sed assumantur tres Correctores ex Conuẽtibus antiquioribus Prouinciæ, qui cum cæteris eiusdem Prouinciæ Definitoribus, pleniùs definiant causam depositi seu suspensi Prouincialis. In cuius tamen definitione, non habebit vocem Vicarius Prouincialis depositi seu suspensi, ei substitutus. Poterit tamen præsidere in dicto Capitulo. *cap.* 4. *Va-*
1571. *lent.* 21.

Hoc statutum, non mihi videtur ita clarè dilucidatum, vt nullus maneat difficultatis locus. Cùm enim sex aut septem Conuentus alicuius Prouinciæ inter antiquiores possint annumerari, V.G. in Prouincia Turonensi, sex à B. P. Francisco de Paula acceptati, quorum ex illis assumi debent Correctores? Clariùs hoc modo determinanda res: Assumantur tres Correctores trium Conuentuum antiquiorum.

Vbi possit esse Vicarius. Collega Prouincialis, potest esse Vicarius, in nouis Conuentibus. *cap.* 4. *Ge-*
1574. *nuens.* 19.

Non potest esse Corrector. Collegæ Prouincialium, nullibi possunt eligi in Correctores Locales. *cap.* 1. *Auen.* 8.
1578.

Eligi

Eligi tamen possunt in Definitores. *c.* 4. *Rom.* 13. *c.* 5. *Valent.* 13. *Bene tamen Definitor.*

Non dicitur, debent: sed, possunt: nec dicitur etiam, vnicus, vel duo, vel omnes, sed Collegæ, indeterminatè. Vsus tamen inualuit, vt Collegæ eligantur in Definitores; iique omnes, ita vt, iniuria maxima iudicaretur irrogata Collegæ, si non assumeretur in Definitorem: Collegatu pro nihilo habito, cui Definitoriatus non annectitur. Ita fieri posse declarauit Reuerendissimus P. Arias de Varcalcel, dum Prouinciam Turoniæ visitaret. Hic vsus, abusus æstimatur à multis. Per illum enim, Prouinciæ totius negotia, Prouinciali suisque Collegis, remittuntur: cæteríque Definitores inutiles redduntur, ideóque & Capitula Intermedia: quorum tamen est defectus Prouincialis corrigere & castigare, ex Correctorio 21. & 65. Maximè cum Capitula Intermedia, eandem prorsus vim habeant ac Prouincialia. c. 4. Valent. 8. & cap. 5. Valent. 13. 1568. 1593.

Quòd autem cæteri Definitores inutiles reddantur, saltem vt plurimùm, cùm tres Collegæ Definitores fiunt; ex eo patet: quia cùm Collegæ sint comparticipes officij Prouincialis, vt rectè docet Peirinis (contra Passarellum

in Scholiis ex Barchin. 17.) ex Regula 51. & Correctorio 23. Prouincialis, eiúsque Collegæ, vnum corpus efficiunt, cuius caput est Prouincialis: cui tanquam membra, peculiari modo connectuntur Collegæ. Item de ipsorum consilio & assensu omnia peragit Prouincialis. Si ergo cum illis, aliqua negotia per annum tractauerit, & definierit, minus rectè, à quo poterit emendari? Si sal istud infatuatum fuerit, in quo salietur? Cùm Prouincialis & Collegæ maiorem partem faciant Capituli Definitorij, seu Intermedij, in quo sunt tantùm sex Definitores? Tres sanè alij, ad nihilum valent vltrà: & perinde sunt in Capitulo, ac si foras mitterentur, maximè cùm hæc vnio Collegarum cum Prouinciali, illos ipsi conciliet peculiari modo: cúmque dolente capite, doleant & membra cætera. Sícque, aut parum, aut nihil proficiunt Capitula Intermedia: cùm, si non semper, vt plurimùm saltem, vt dixi, Prouincialis cum Collegis omnia definiat. Sic, non verentur Prouinciales Intermedij Capituli correctionem: sic liberiùs ad nutum de quibuscumque quomodolibet disponunt: quod maiori sanè cum cautela facerent, si ipsis, semel in anno, in Capitulo Intermedio, coram Definitoribus ipsis non addictis, sed seueris Censoribus, de omnibus reddenda esset ratio. Quod, procul dubio, in maximam & euidentem Religionis vtilitatem vergeret.

geret. Ob has rationes, non sic fuit ab initio, vidi enim aliàs, duos tantùm Collegas in Definitores assumi, non autem tertium : ne Prouincialis in Capitulo præualeret. Sed etiam hoc, saluo tamen semper meliori iudicio, non sufficiebat.

Dicunt, *tres Collegas in Definitores assumi, ad vitandas impensas nimias, quæ fierent in via. si ad Conuentũ, in quo celebratur Capitulum Intermedium, accederent sex Definitores, ad illud celebrandum cum Prouinciali: & tres Collegæ, ad faciendas, etiam cum Prouinciali. singulorum Conuentuum aßignationes & mutationes Fratrum. Vnde & Conuentus maximè grauaretur.*

Respondeo primò, *in multis aliis, quæ ad nihil deseruiunt, si non nocent, nos has impensas non vereri: quæ prorsus amputandæ sunt, non autem necessariæ. Intelligenti pauca.*

Respondeo secundò, *mutationes has Fratrum non debere fieri tempore Capituli Prouincialis Intermedij, ob maxima incommoda quæ inde Ordini eueniunt, vt loquitur & definit Capit. Valent. 20. Sed infra annum, exigente neceßitate. Et certè accepi hanc eße praxim Hispaniarum.*

Respondeo tertiò, *quòd si contraria consuetudo vim legis habet, vt habere videtur in tota Gallia, differat Prouincialis (vt sæpè fieri*

vidi) aßignationes & mutationes illas, vsque ad reditum in Conuentum, in quo est ipsius sedes: vbi tres Collegas reperiet, & cum illis aßignationes Fratrum ordinabit; vnde non erit opus, vt Collegæ Capitulis intersint Intermediis, & sic vitabuntur impensæ.

Addunt præterea, *quid prodest esse Collegam, & non esse Definitorem? Perinde est, ac nihil esse: cùm Collegæ, qui Definitor etiam est, officium, maximè eluceat in Capitulis Intermediis.*

Respondeo, *nos non eligere Collegas, vt Sacerdotes Dei, ipsis incensum & panes offerant: nec vt super nos maximæ authoritatis viros constituamus; sed solùm, vt, iuxta Regulam* 51. *Prouinciales ipsorum prouido suffulti consilio, commissa sibi Religionis negotia, discretè ac sapienter discernant, & efficaciter tractent, atque definiant, per annum scilicet. Quod meliùs fiet, si non sint de corpore Capituli Intermedij, eiúsque censuram vereantur.*

Non potest esse Commissus. 1574.

Collega Prouincialis, non potest eligi in Commissum. *c.* 4. *Genu.* 34.

Bene tamen Nouitiorum Confess. & Inform.

Benè tamen, in Nouitiorum Informatorem & Confessorem. *c.* 6. *Genu.* 19.

1596. *Deponendus.*

Collegæ Prouincialis, Prouincialem deponere tentantes sine iusta causa, fuerunt depositi. *c.* 1. *Bonon.* 2.

1538. *Non*

Post triennium Collegatus, nullibi possunt

sunt de nouo reeligi, pro triennio imme- *possunt*
diatè sequenti.*c.* 1.*Auen*.8: *reeligi.*
Commissus. 1578:

Ad Capitulum Generale, conuenire *Capitu-*
habebunt duo Commissorum Commissi, *li Gene-*
de qualibet Prouincia: electi per Locales *ralis.*
Correctores, & Commissos cuiuslibet Prouinciæ. Ipsi verò Commissi; debitè præmuniantur testimonialibus literis, Generali Capitulo præsentandis, compositis seu componendis, super attestatione necessitatum singulorum Fratrum & Oblatorum, ac locorum huius Ordinis Minimorum. *Cor.*93.

Nota, *Pium V. Motu proprio & ex certa scientia, statuisse, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, ire habebunt ad Capitulum Generale celebrandum, ex qualibet Prouincia, Prouincialis, cum vnico Commisso, absque Collegis. Item, Capitula Intermedia, deinceps debere celebrari, à Prouinciali Prouinciæ, vnà cum quatuor, aut sex Definitoribus triennalibus, in Capitulo in quo Prouincialis eligitur, eligendis: absque eò quod, singulorum Conuentuum Correctores & Commissi, dictis Capitulis Intermediis intersint. Per suam constitutionem, quæ incipit,* Super familiam. *datam Romæ apud S. Petrum, die* 27.*Maÿ*, 1568.

Ex qua Constitutione, sequitur, Commissos Capituli Generalis, nunc non debere eligi ex omnibus Commißis in singulis Conuentibus electis, per Correctores, & Conuentuum Commissos: sed per Prouincialem & Definitores, celebrantes vltimum Capitulum Intermedium, cuiúsque triennij, maximè posito statuto c. 4. Valent. 22. vbi hoc statuitur, vt infrà dicemus.

Prouincialem debet eligere. De triennio in triennium, in qualibet Prouincia, per Locales Correctores & Commissos vniuscuiusque Prouinciæ, fiat cuiuslibet Prouincialis electio. Ad solos verò Prouinciales, eorúmque Socios, & cuiuslibet Conuentus correctores, ac Cõmmissos, talium spectabit electio. *Cor.* 101.

Eius literæ testimoniales. Commissus, debet habere literas testimoniales suæ commissionis, vel portare Capitulũ electionis suæ. *c.* 3. *Rom.* 4. *c.* 1. *Genu.* 16. *c. Paulit.* 35. Aliàs non recipiatur. *ibid.*

1523. 1532. 1535. *Quid si non celebretur Capit. Prouinc.* *Si verò Capitulum Prouinciale Intermedium, in quo Commißus Capituli Generalis deberet eligi ex omnibus Commißis totius Prouinciæ, & à quo deberet habere Commißus, testimoniales suæ commißionis literas, non celebretur (quomodocumque tandem id accidat) debent singulorum Conuentuum electiones, ad Capitulum Generale deferri: cuius erit, vnum ex omnibus eligere: cùm tunc electio Commißi, ad Commißis*

Capitu

Capitulum Generale deuoluatur. Vnde sequitur, singulos in singulis Conuentibus in Commissos Capituli Generalis electos, in illo casu, ius habere adeundi Capitulum Generale: ad hoc, vt iuxta ius, per electiones in Conuentibus factas acquisitum, assumi poßint in Commissos Capituli Generalis, ab eodem Capitulo, & in eo votare: quod non possent, si abessent.

Si verò idem in singulis Conuentibus reperiretur electus, is ab eodem Generali Capitulo debet assumi in Commissum. Sic assumptus fuit Commissus Prouinciæ Cataloniæ. *c.* 3. *Barchin.* 1. 1629.

In electione Commissi, vocem non habent Laïci, nec Clerici, nec Sacerdotes vocem non habentes in electionibus Correctorum. *c.* 1. *Gen.* 16. *c. Paulit.* 35. *A quibus eligendus.* 1532. 1535.

Nullus in Commissum debet eligi, nisi sanus, & potens viribus: qui à Capitulo, in quo Commissi officio fungi debet, non se debet absentare, quocumque prætextu. *c. Paulit.* 4. *Quis eligendus.* 1535.

Commissus esse non potest, qui est actu Corrector. *c.* 2. *Rom.* 36. *c.* 1. *Val.* 2. *c.* 4. *Rom.* 13. *Non Corrector.* 1517. 1541.

Commissus Capituli Prouincialis, debet sumi de proprio Conuentu. *c.* 1. *Valent.* 12. 1568. *Vnde sumēdus.*

Debet eligi in Capitulo Intermedio vltimo, facta tamen in singulis Conuenti- 1541. *Quādo eligēdus*

quidque faciendum in caſu mortis, vel depoſitionis. bus ipſius electione. Quod ſi obierit ante diſceſſum ad Capitulũ, vel fuerit priuatus, vel depoſitus: eligatur alter per Prouincialem & Definitores, die determinata ab eis ſtatuenda; facta etiam priùs in ſingulis Cõuentibus ipſius electione. *c.4.Valen.22.* 1571.

Vel infirmitatis. *Sed quid ſi infirmetur?* Reſpondeo, in Capitulo 3. Barch.1. comparuiſſe R. P. Ioannem Saunier, Commiſſum Flãdriæ, alium à R.P. Claudio du Viuier, in Commiſſum dictæ Prouinciæ electo, ſed infirmitate detento. Qui quidem Commiſſus, infirmi loco ſuffectus, licèt fuerit electus in ſua Prouincia, & literis teſtimonialibus ſuæ Commiſſionis munitus, admiſſus tamen ſolùm fuit ex gratia: vt patet n. 3.

Verùm, de iure admittendus fuiſſe mihi videtur. Tum quia eſt eadẽ ratio de Commiſſo, quæ de Prouinciali & Correctore: qui cũ ſuis Capitulis, dum infirmãtur, Vicarium poſſunt & debent, ad Capitulũ Generale vel Prouinciale, reſpectiuè ſuo loco mittere, vt habes verbo Corrector, *& verbo* Prouincialis. *Tum quia eſt eadẽ ratio de Cõmiſſo infirmo, quæ de priuato vel depoſito: ſicut enim iſte votare non poteſt in Capitulo Generali, ratione delicti, cuius intuitu deponitur, vel priuatur; ſic nec ille ratione infirmitatis. Tum quia qualibet Prouincia ius habet duo dandi*

ſuffragia,

suffragia, in electionibus Capituli Generalis & cæteris quæ ibi concluduntur: cui iuri, non debet obstare casu superueniens infirmitas, cùm alius, infirmi loco possit eligi. Tum denique quia quælibet etiam Prouincia Commisso indiget in Capitulo Generali, qui eius partes agat, ipsius negotia proponat, pro ipsa respõdeat, imò & ipsius nomine, si opus fuerit, de proprio queratur Prouinciali. Quo iure priuari nõ debet ab infirmitate commissi iam electi, si liceat per tempus, alium loco ipsius ad Capitulum destinare.

His rationibus iam exaratis & ex ingenioli mei depromptis promptuario, lætus reperi, hanc fuisse mentem RR. PP. prædictum Cap. 3. Barch. celebrantium, qui difficultatem, de qua hîc agimus, ipsis propositam his tandem verbis diluêre.

Cùm Capitulum Valentinũ quartò celebratum, duas tantùm causas assignet, in quibus possit in Prouinciis iterari electio Commissi: considerantes Patres, posse etiã sic electum in morbum incidere, tertiam addidère causam, scilicet probatæ infirmitatis: qua, seruato Capituli Valẽtini supradicti decreto, possint aliũ mittere, munitũ patentibus literis, fide dignis, de alterius infirmitate & sua electione, quibuslibet aliis causis & motiuis exclusis. *c. 3. Barch. 68.* 1619. *Vbi non potest esse Vica. Prou.*

Non potest substitui in Vicarium sui Prouin

Prouincialis, in Capitulo Generali, ſic Prouincialis infirmetur: vel aliàs legitimè impeditus, venire non poſſit ad Capitulum: ne hoc modo, voces Capituli Generalis, in minorem numerum reducantur.
1574. *c.4 Genu 4.*

Quæ debeat proponere. Commiſſus, nihil debet proponere, tam in Capitulo Generali, quàm in Prouinciali, quod non contineatur expreſsè in literis ſuæ commiſſionis. *c.1. Auen.22.*
1578.

Quando eligendus. Debet eligi ante Vicarium Conuentus. *c.5. Rom.11. c.3. Barch.65.*

1587. 1629. *Vnicus eligendus in quolibet conuentu.* Continuatos vſus ante decretum Sanctiſſimi P. Pij V. de duorum Commiſſorum electione, ad Capitulum Generale deſtinandorum, fuit reformatus. Et vt deinceps vnus tantùm eligatur, in quolibet cuiuſlibet Prouinciæ Conuentu, decretum. *ibid.67.*

Communio.

Quando ſumenda à Fratribus, & Sororibus. Diebus ac Feſtis Natalis Domini, Purificationis glorioſæ Virginis Mariæ; Cœnæ ipſius Domini; Pentecoſtes; Aſſumptionis eiuſdem Virginis Mariæ; & Dedicationis ſancti Michaëlis Archangeli; atque in omnium Sanctorum ſolemnitate; ad minus, ſinguli non Sacerdotes, & ſingulæ Sorores ac Oblatæ, legitima cauſa ceſſan

cessante, sacram Communionem, deuotè & reuerenter sumant. *R.F.* 18. *R.S.* 14.

Quod à sacrosancta Synodo Tridentina pro Monialium deuotione sancitum est, seruari volunt Patres à nostris Fratribus non Sacerdotibus, & Ordinis nostri Monialibus. Ita quòd prima Dominica cuiuslibet mensis, ad puritatis conseruationem, & gratiæ augmentum, ad sacræ Eucharistiæ sumptionem præparari moneantur. *c.* 4. *Genu.* 25. *c.* 1. *Auen.* 23.

Sessione 25. de Reg. cap. 10.

1574.
1578.

Fratres & Sorores tertij Ordinis, saltem quater in singulis annis; videlicet, in Cœna Domini, vel in ipsius Resurrectione; & in eiusdem Natali; ac in Pentecoste; & in Assumptione gloriosæ Virginis Mariæ; sacrosanctam Communionem deuotè sumant. *R.V.S.* 9.

Quando à Tertiariis.

Si quis diebus & Festis Communioni deputatis (legitima causa cessante) ipsam sacram Communionem omiserit, tali die silentium seruet; & in terra comedat panem & aquam, duntaxat. Et vlteriùs, prima sequenti Dominica se ad Communionem præparet. *Cor.* 27. *Vide* Eucharistia.

Pœna contrauenientium.

Computa.

Præterea cuncti Locales Correctores; &

Vt reddenda.

& eorum socij, seu seniores singulis tribus mensibus (in aliquo decenti loco) coram Locali Capitulo, & in termino sui Officij coram proprio Prouinciali Computa sua reddant de cunctis missis, ac receptis pro suis Conuentibus, & Fratribus vbilibet factis, per huius Ordinis procuratores, & oblatos. Et insuper opportuno tempore, in aliquas pias causas distribui faciant quaslibet pecuniales eleemosynas, quæ superfuerint. Hoc intelligi debet ciuiliter, *iuxta declarationem authoritate Apostolica, à Cardinali Senogaliensi factam:* videlicet, salua semper prouisione per annum, pro infirmis, & Fratrum indumentis, ac aliis necessitatibus: & præsertim, pro fabrica perficienda. *Hæc ille.* Si quis verò dictorum Localium Correctorum super his deliquerit, & vt præponitur, sua Computa non reddiderit, vel pecuniales eleemosynas, quæ superfuerint, distribui non fecerit, ab omni officio prædicti Ordinis perpetuò inhabilis reddatur: nisi per Generale, vel Prouinciale Capitulum rehabilitetur, primitùs considerata ipsius qualitate. Vt autem ipsi Locales Correctores talia Computa meliùs reddere valeant: quilibet huius Ordinis Oblatus in prouisorem deputatus, saltem

Superflui distributio.

Modificatio.

Contrauenientium pœna.

semel

semel singulis Hebdomadis eadem Computa reddat duobus Scriptoribus Localibus. Vlteriùs etiam ad talia Computa meliùs reddenda, in quolibet Conuentu duo fiant quinterniones super eiusdem Conuentus singulis missis ac receptis: & aliquis frater capitulariter electus apud se teneat vnum de ipsis quinternionibus, qui fiet super ipsius Cõuentus singulis missis, per præmemoratum Oblatum, seu Prouisorem vbilibet expositis, seu pro tempore vbiuis exponendis. Alius etiam idoneus Frater per Locale Capitulum similiter electus, alterum teneat quinternionem, qui fiet super singulis eiusdem Conuentus receptis. Si quis verò ipsorum Localium Correctorum super talibus quinternioribus componendis negligens fuerit, & super tali negligentia bis admonitus non se correxerit: statim ab Officio deponatur. *Cor.* 47.

Confessio.

Singulis hebdomadis, cuncti Fratres, ac Sorores, & Oblatæ huius Ordinis (legitima causa cessante) saltem semel sibi deputatis Confessoribus, deuotè confiteantur. *R. F.* 18. *R. S.* 13. *Vide* Clerici. Laïci. Oblati. Eucharistia. *Quando facienda.*

Si

Pœna contra-uenientium. Si quis verò omnium non Sacerdotum (legitima causa cessante) saltem semel in qualibet hebdomada, sacramentali Confessione, suam conscientiam mundare prætermiserit: pro qualibet vice, in terra comedat panem & aquam duntaxat: & cum hoc, à vino & pictantia abstineat, quousque confessus fuerit. *Cor.* 25.

Confessor.

Secularium. Secularium Confessores, in suis officiis non ordinentur, & confirmentur, nisi per huius Ordinis Generalem Correctorem, aut per Vigiles, vel Prouinciales, aut illorum Vicesgerentes: idoneitate ac sufficientia prouidè consideratis. Nouitiorum etiam Confessor, per eosdem Prælatos assignetur. *R. F.* 42.

Sororum. Singulis huius Ordinis Conuentibus, Sororum confessionibus audiendis, eiusdem Ordinis Minimorum Generalis, vel talis Prouinciæ Corrector Prouincialis, maturè deputet Presbyteros idoneos, & honestos Confessores, per eundem Generalem, vel per proprium Vigilem, aut Prouincialem, ad nutum mouibiles: annum quinquagesimum ad minus habentes. Salua tamen moderatione, per ipsum Corre

Correctorem Generalem, aut per proprium Vigilem, vel Prouincialem, vſque ad conſtitutos in quadrageſimo anno, facienda. Salua etiam locorum neceſſitate, Confeſſores inferioris ætatis aſſumi cogente. Ipſi verò Confeſſores, ſingularum prænominatarum Sororum & Oblatarum, Confeſſiones vigilanter audiant: illíſque pro commiſſis, ac delictis, pœnitentiam iniungant ſalutarem. *R.S.* 35.

Si quis ſine ſpeciali approbatione Correctoris Generalis, vel proprij Vigilis, aut Prouincialis; aliquorum ſecularium confeſſiones audierit: ad huiuſmodi officium per biennium non aſſumatur: vel grauiùs corrigatur, prout alicui dictorum Superiorum Prælatorum meliùs fieri videbitur. *Cor.* 79. *Non deputatorum pœna.*

Pro audiendis autem ſecularium confeſſionibus deputata, ſeu deputanda loca in ſingulis huius Ordinis Conuentibus taliter diſponantur, quòd perſonæ ſe confitentis facies minimè videri poſſit. Inſuper, extra huius Ordinis loca, poterunt ipſi Confeſſores, nedum in Eccleſiis & Oratoriis: ſed etiam vbicumque ſe inuenerint, in cunctis domibus, & locis congruis, & honeſtis, mulierum confeſſiones audire, *Confeſſionalia.*

oſtio aperto,videréque valente ſocio. Qui autem contrarium fecerit, & aliquarum mulierũ Confeſſiones audierit(oſtio clauſo vel ſocio ipſum Confeſſorem, & ſibi confitentem mulierem videre non valente) ipſo facto priuetur ab audiendarum Confeſſionum officio, & per Locale Capitulum, eiuſdem, vel proximioris Conuentus, grauiter puniatur. Si verò idipſum non reuelauerint talium Confeſſionum ſocij, ſimili pœna plectantur. *Cor.*83.

Confeſſores Superiorũ. Præterea, huius Ordinis Minimorum Corrector Generalis, ac Vigiles, & eorum Viceſgerentes, poterunt vnum ex Fratribus eiuſdem Ordinis Presbyterum idoneum in ſuum Confeſſorem (quoties opus fuerit) eligere: qui ſic per eos electus, ab omnibus eiſdem reſeruatis caſibus poſſit abſoluere, ſi eos in talibus aliquando labi contingeret. Qui etiam (quoties expedierit) valeat cum ipſis diſpenſare, illóſque rehabilitare in his, in quibus & ipſimet ſuperiores Prælati diſpenſare, ac rehabilitare poſſent. Similiter & Prouinciales, & eorum Viceſgerentes, & Locales Correctores, ſuper ſibi conceſſis caſibus, ſuo modo facere valeant. *Cor.*84.

Confeſſorum approbatio. Præterea caueatur, ne Fratrum huius Ordinis

Ordinis Confessiones audiat quis Sacerdotum, absque licentia, vel permissione Correctoris Generalis, aut alicuius Vigilum, vel Prouincialium, aut suorum Vicesgerentium. Per aliquem verò talium Superiorũ Prælatorum (iuxta grauitatem & exigentiam delicti) puniatur quicũque contrarium fecerit: excepto mortis articulo, in quo huius Ordinis Sacerdotibus permittitur, quorumcunque Confessiones audire. Omnes etiam Presbyteri in hoc Ordine Minimorum expressè Professi, pro Confessoribus approbentur, per aliquem eiusdem Ordinis Superiorum Prælatorum, vel suorum Vicesgerentium. *Cor.* 85.

Præterea, nullus Localium Correctorum (absque sui Superioris facultate, vel absque Seniorum Localium consensu) Fratres in Confessores deputatos, ab auditione Confessionum quarumcunque personarum, arcere poterit. Si quis verò ipsorum Sacerdotum, aliquãdo quarumcumque personarum Confessionum reuelator foret: vbi super hoc legitimè conuictus fuerit, toto vitæ suæ tempore careat actiua, & passiua voce: ac etiã priuetur iure primogenituræ, & saltem per annum carceribus mãcipetur: ad audiendas quoque *Reprobatio.*

Confessiones de cætero non admittatur. Si verò talis delinquens Prælatus foret, vltra prætaxatam pœnitentiam, prælationis, ac prædicationis officio perpetuò priuetur. *Cor.* 88.

Nouitiorum. Insuper, singuli Locales Correctores, in quolibet ipsorum Cōuentu aliquem idoneum Confessorem ex omnibus antea per Correctorem generalem, aut per aliquem Vigilum, vel Prouincialium, aut suorum Vicesgerentium, in Confessores assumptis, cunctis nouitiis eligant: ita quòd ipsi Nouitij eorum Informatori non confiteantur: sed ab ipso duntaxat super singulis ad eorum statum necessariis, salubriter edoceantur. *Cor.* 89.

Deputandi. Confessiones audire, nulli ex nostris Fratribus licet, post Ordinis susceptionem, nec Fratrum, nec secularium: nisi ei permittatur, per Generalem vel Prouincialem: ne locus ignorantiæ detur, & gladius in manu furiosi ponatur. *c. Turon.* 45. *c. Tholos.* 68. *c.* 2. *Rom.* 28.

1511. 1514. 1517.

Constitutiones.

Clemēt. VIII. Sanctissimi Domini Clementis Papæ VIII. pro reparatione Religionis factæ: & ordinatæ, à Reuerendis Dominis, curam habenti

habentibus à sanctissimo Domino reformationis Religiosorum, lectæ fuerunt in c. 6. Genuensi, & ab omnibus Patribus cum gratiarum actione, omnique humilitate & reuerentia, acceptatæ. Quia tamen quædam dubia sunt in illis, quæ indigent explicatione, vt melius obseruentur, sex Patres, ex qualibet Natione duos, deputauit Capitulum, vt viderent ea quæ indigent declaratione, & conferrent cum R. Patre Zeloso: vt ipse, quò citiùs poterit, consulat sanctissimum Dominum. Et intereà, omnibus Prouincialibus, Constitutiones has obseruari præcipitur. Illas, Generalis quo citiùs poterit, prælo mandari curabit, & mittet in vniuersas Prouincias: vt Prouinciales illas obseruari iubeant. *c. 6. Genu.* 1. *Vt acceptata.* *1596.*

Has constitutiones vide apud Peirinis in libro Priuilegiorum nostrorum: in Clemente VIII. Constit. II. & in Vrbano VIII. Const. X.

Videntes autem Patres, quòd hæ Constitutiones non vniuersaliter obseruentur in Gallia, *nec sanè in aliis Nationibus*: sed solùm, in quibusdam statutis fuerunt acceptatæ: decreuerunt quod suppliciter petatur à sanctissimo Domino, vt illa, vel ab omnibus obseruentur, vel moderentur. *Non vniuersaliter obseruata.*

Maximè cùm quædam illarum, non ſint
1611. in vtilitatem Religionis noſtræ. *c.Maſſ.* 53.

Contendentes.

Vt puniendi. Si ſubditus quiuis clàm cum aliquo Contenderit, clàm veniam petat, & clàm ſatisfaciat. Si autem palàm Contenderit, palàm etiam culpā recognoſcat: & oſculetur pedes Profeſſorum, & etiam Nouitiorum, cùm ipſi de tali Contentione notitiam habuerint. Vel grauiùs puniatur talis delinquens, iuxta Contentionis grauitatem, ad Capituli deliberationem: ſecluſa perſonarum acceptatione. Pro dictæ verò ſecretæ offenſæ, ſecreta ſatisfactione, dicat prædictus clàm delinquens, extenſis in modum crucis manibus, quinquies *Pater noster*, & totidem *Aue Maria.Cor.* 34.

Conuentus.

A quibus poteſt acceptari. Acceptari poteſt à Prouinciali, eiúſque Collegis, vnà cum Capitulo Prouinciali, inconſulto Generali cùm abeſt, modò re-
1529. quiſitas habeat conditiones. *c.Grationop.* 13.

Antiquus tamen vſus requirit, vt poſtmodum in proximo Capitulo Generali acceptetur: vt constabit infrà in Conuentuum totius Ordinis ſerie.

Non

Non nisi in bonis Vrbibus, recipi debet. Quod si aliqui Domini, vellent conferre aliquem Conuentum in loco campestri, vel remoto ab Vrbe: ad minus dotetur talis Conuentus sufficienter, & competenter: ita vt, Fratres iuxta vitam Quadragesimalem, ibi commodè viuere possint. *c. Turon.* 38. *c. Tholos.* 65. *c.* 2. *Rom.* 26. *c.* 1. *Genu.* 22. *c. Paulit.* 40. *c.* 1. *Auen.* 11. *Vbi acceptandus.* 1511. 1514. 1517. 1532. 1535. 1578.

Conuentus omnes, debent regi per annuos Correctores: iis exceptis, in quibus, propter insufficientem viuendi commoditatem, vix quinque aut sex, ad summum, Fratres, commodè viuere possunt. *c.* 2. *Genu.* 12. *Qui regēdi per Correctores annuos.* 1553.

In Conuentibus autem, qui reguntur per annuos Vicarios, nō debet fieri electio Correctorum: quousque per Capitula Prouincialia determinetur, eosdem Conuentus regendos esse per annuos Correctores. *c.* 4. *Genu.* 19. *In quibus eligendi Correctores.* 1574.

Primogenitura Conuentuum, sumenda est, ex acceptatione eorum à Capitulo Generali, vel Prouinciali. *c.* 2. *Auenionensi.* 12. *Primogenitura.*

Conuētus Sanctissimæ Trinitatis, ditioni Generalis, & eius oculati Visitatoris, est subiectus: vt suis propriis literis, declarauit *Sanctissimæ Trinitatis cui subdatur.*

 B. Fran

1523. B.Franciſcus.*c.* 3.*Rom.* 14.*c.*1.*Genu.* 25.*cap.* 1.
1532. *Bonon.* 43. Vnde, Locales ipſius, non de-
1538. bent irritare,aut reprobare, quod per Generalem eiúſque Collegas,de bonis & negotiis dicti Conuentus,eſt determinatum. Nec,illo inconſulto & inſcio, dum adeſt, ardua Conuentus negotia peragere. *c.* 1.
1538. *Bonon.* 43.

Dimiſſio Foroiulienſis. Quia ex parte Prouinciæ Lugdunenſis, productæ fuerunt literæ: quibus à Patribus humiliter poſtulabatur,vt dimitteretur Conuentus Foroiulienſis, propter aëris intemperiem: conceſſerunt Patres prædictam gratiam.Ita vt,præhabito priùs aſſenſu Capituli Prouincialis eiuſdem Prouinciæ Lugdunenſis, celebrandi in proximo menſe Septẽbris,conſulto etiam Romano Pontifice, non aliter, nec alio modo, dictus Conuentus dimitti poſſit. *Translatio bonorum.* Cum tranſlatione etiam cunctorum bo-
1571. norum illius, ſi quæ ſint.*c.*4.*Valent.*13.

Translatio bonorum Cõuent. Campaniæ ab Hæreticis destructi. Quoniam vigore priuilegiorum Maris magni,poſſunt ſuperiores Prælati,cum de prioribus locis ſuis, ad alia loca ſe transferunt, ſecum deferre omnia bona priorum locorum: ac illa vendere, ſi opus eſſet: dummodò pretium eorum, in vtilitatem aliorum Conuentuum conuertatur. Attendens

tendentes propterea Patres, Conuentum Campaniæ *de Bracancour*, Prouinciæ Franciæ, fuisse ab Hæreticis demolitum: velíntque Fratres illius Prouinciæ, bona illius Conuentus, transferre in aliam opulentam Vrbem (si quam repererint) vbi commodè Deo inseruire possint. Definierunt, hoc liberè fieri posse: consulto tamen priùs, Capitulo Prouinciali dictæ Prouinciæ. *ibid.* 16.

Aliqui Conuentus, è Religione sunt eiecti, tanquam mali: pro beneficio Religionis, salute Fratrum, & obseruantia regulari. Præcipitur etiam Prouinciali Neapolis, vt Conuentum Campaniæ, intra ciuitatem reducat: vt ibi, obseruantia Religionis possit vigere. *c. 5. Valent.* 27. *Dimissio aliorum.*

Ex quibus colligant R. Patres Prouinciales, eorúmque Capitula, non deberi acceptari in Conuentus, tuguriola, maximè campestria: cùm, vt dicitur in præcedenti statuto, sint adeò mala, vt non sint pro beneficio Religionis: sed vergant, in salutis Fratrum, & regularis obseruantiæ detrimentum. Sintque potiùs exilia, quàm Conuentus. Conuentus ergo acceptent in bonis Vrbibus: aut si in campestribus locis, sufficientibus redditibus dotatos, vt sæpè fuit ordinatum, sicut patet ex antedictis. Non sint in acceptandis faciles,

ne in dimittendis cogantur esse faciliores : aut peculio detestabili, necessarium locum subministrent. Néve illorum Religiosi, cogantur ita frequenter mendicare, per pagos & castella vicina, vt videantur continui cursores : & potiùs in illis commorari ad victum quærendum, quam ad seruiendum Deo : facti secularibus importuni & odiosi, iuxta illud D. Bonauenturæ, tomo 1. *Opusculorum, Epistola ad Prouinciales sui Ordinis, pag.* 487. Frequentia discursus, & importunitas gustus, viles nos efficiunt & graues. *Et in Expositione Regulæ S. Francisci q.* 6. *ait:* Quando nimis vrgemus homines ad dandum, perdunt deuotionem priùs ad nos habitam: ita quòd, neque prædicatione, neque exemplis, nec aliis quæ facimus ædificentur. Vndè, cùm vident nos accedere, terrentur, & timent quòd aliquid velimus ab eis expetere, quod graue sit eis dare, & erubescunt negare : & si dederint non libenter, minùs merentur, & sic rebus & deuotionibus priuantur. *Nec valet dicere, illa Conuenticula pro hospitiis deseruire. Vt enim notat optimè Peirinis, de Subdito q.* 2. *c.* 2. *§.* 2. *minus malum est, per vnam noctem pernoctare in diuersorio, seu in alia deuotorum domo: quàm permittere, vt duo, vel tres, vel quatuor Religiosi, habitent in istis tuguriis, absque disciplina, absque timore, absque obedientia,*

absque sui Ordinis ordinariis exercitiis. Sic enim assueti, si reducantur ad Conuentus, in quibus viget regularis disciplina, iam fracto iugo, ruptis vinculis, eis subiici vltrà vix poterunt.

Nec valet etiã dicere, hos pauperes Conuentus, futuros aliquando bonos. Respondet enim idem Peirinis, ibid. erunt boni, quando Religio erit mala & relaxata. Replicant: Sumimus hos Conuentus, vt proximos adiuuemus. At, cùm benè ordinata charitas, à seipso incipiat, non est adiuuandus proximus, cum propriæ salutis dispendio. Adiuuare sanè proximum tenemur, sed post nos ipsos, non ante nos.

Erat in animo, hîc Conuentuum omnium Religionis, Seriem apponere, cum summariis illorũ descriptionibus: vt illorum, sicut & Fundatorum & Fundatricum, acceptationes in Capit. Gener. agnoscerentur. Iustis tamen de causis, hanc ad operis huius finẽ, vel ad secũdã editionẽ, remitto.

Corrector.

Huius Ordinis Minimorum directioni incumbentes, singuli Correctores non immeritò veniunt nuncupandi: vt seipsos primitus corrigentes, compassiuè sibi cõmissos Fratres ita corrigant, quòd fraternis defectibus piè condoleant: & ipsorum emendationẽ, potiùs quàm punitionem, prætendant ac requirant. *R.F.* 44. *Quid. nominis.*

Loca

Assignatio. Locales Correctores, sensus exercitatos habentes, in Capitulis Prouincialibus, assignentur: facta priùs in quolibet Conuentu ipsorum electione. Ipsi verò Correctores Locales, reuoluto sui Correctoriatus anno, semper, ad minus per annum, subiecti remaneant. Nisi per ipsum Capitulum Prouinciale, vel generale, ad altiora officia nouiter eligerẽtur. *ibid.* 49. *Vide infr.*

Electio. *Subiectio.*

Exitus è Conuentu. Dictis etiam Correctoribus Localibus, sui Correctoriatus tempore, vt commissum sibi gregem, ab inuisibilibus nequitiarum spiritualium bestiis, vigilantiùs custodiant, Conuentum exire non licebit: nisi pro iusta causa, & de Capituli scientia, & assensu Seniorum. *ibid.* 50. *Vide infr.*

Tertiariorum. Vtriusque sexus fidelium cuilibet Congregationi, Prouinciales huiusmodi Ordinis Minimorum Correctores, aut eorum Vicesgerentes, vel eis Superiores, deputent Correctorem, vel Correctricem, per eosdem, quoties expedierit, amouibilem. *R.V.S.* 19.

Libertas in exercẽdo Officio corã Prælatis super. Locales Correctores, inquantum sibi à suis Superioribus Prælatis, & eorum Vicesgerentibus, permissum fuerit, suum ordinarium officium exerceant: & ter in qualibet hebdomada, Locale Capitulum

cele

celebrent:ac ſuos Fratres corrigant:& de ſui Monaſterij bonis,prout inferiùs exprimitur, licitè diſponant. *Cor.*64.

Studeant inſuper dicti Locales Correctores, qui omnium ardens lucerna meritò fore debent, nę ſpecialiter notentur, aliqua notabili omiſſione Chori vel Communitatis. Si quis verò contrarium fecerit,legitimè corrigatur per aliquem Superiorum Prælatorum, vel ſuorum Viceſgerentium.*ibid.*66. *Exemplum.*

Cùm autem aliquando inter ipſum Correctorem , & prædictos Seniores ſuborta fuerit aliqua differentia , mitigetur coram Locali Capitulo. Et ita vbique per Capituli deliberationem extinguatur , & ad bonam concordiam , & pacem reducatur quæcunque ſuborta differentia. Si etiam aliquando ipſe Localis Corrector prædictorum Seniorum, & Localis Capituli conſilio prætermiſſo (vbi & quando iuxta dictæ regulæ , & præſentis Correctorij tenorem haberi debuerit) ſui Conuentus negotia peregerit, bis charitatiuè ſuper his moneatur: qui ſi taliter admonitus non ſe correxerit ; pro tertia vice ab officio ſuſpendatur , & intimetur proprio Vigili , vel Prouin

Prouinciali, aut alicui ſuorum Viceſgerẽtium:& per illos debitè puniatur talis delinquens,iuxta grauitatem delicti. *Cor.*73.

Electio & aſſignatio. In annuis Capitulis Prouincialibus,debita fiat definitio cunctorum Localium Correctorum,primitùs electorum,per cuiuſlibet huius Ordinis Conuentus Fratres vocales:cum atteſtatione ſuarum ſecretarum literarum, ſub cuiuſlibet Conuentus ſigillo:cunctorum eligentium nomina, ſigillatim continentium. Per ſolos verò Prouinciales, eorúmque ſocios, & Conuentuum Correctores,ac Commiſſos,fiat talium Localium Correctorum aſſignatio. Vbi autem eligi cõſueuerunt Definitores, illic ad ſolos Prouinciales & Definitores prætactos, ſpectabit dictorũ Correctorum Localium aſſignatio huiuſmodi. *Cor.* 103.

Pœnitentia quomodo ab ipſo imponenda. Localibus Correctoribus, eorúmque Capitulis,in præſentia Correctoris Generalis,aut alicuius Vigilum, vel Prouincialium,aut ſuorum Viceſgerentium,abſque Superioris ipſorum Prælatorum ibidem præſentis licentia, carceres aut alias pœnas graues cuiquam imponere non licebit: ſed ipſi Superiori Prælato inibi præſenti, talia primitùs intiment. Et inde ipſius Superioris, ſuorúmque ſociorum ſenten

ſententiæ relinquent, (exceptis votorum pœnis. *Vide* Pœnitentiæ. *Cor.* 105.

Inſuper, modo ſtatim ſubinſerto limitetur, ac intelligatur articulus, in huius Ordinis Regulæ decimo Capitulo inſertus: vbi Localibus Correctoribus Conuentum vix exire permittitur: niſi iuſta ratione, videlicet, pro tali negotio foris peragendo, quod per cæteros Conuentus ipſius Fratres, ac Oblatos, decenter expediri non poſſet: ſed duntaxat, per ipſos Locales Correctores. Ipſis verò Localibus Correctoribus, de ſui Localis Capituli ſcientia, & Seniorum conſilio, Conuentus ſuos taliter exire habentibus; aliquem idoneum Fratrem, ſuo in loco primitùs relinquant. Si quis autem ipſorum Localium Correctorum, contrarium fecerit: & ſuper hoc, trina vice admonitus, non ſe correxerit, per ſuum Superiorem puniatur. *Cor.* 112. *Exitus è Conuentu.* *Vicarius.*

Propter hoc tamen, Correctores non ſemper Locale Capitulum celebrare ſpecialiter habebunt. Sed ſatis eſt, quòd ipſi, coram Fratribus ſuis, ſiue ante, ſiue poſt diuinum officium in Eccleſia: ſiue ante cibum, ſiue ſumpto cibo, in Refectorio debitè congregatis, exitus ſui cauſam *Modificatio.*

causam proponant: & ita, de eorundem Fratrum scientia, & Seniorum assensu, domos exire poterunt, pro causis in Regula & Correctorio specificatis. *Ita, authoritate Apostolica declarauit Cardinalis Senogaliensis.*

Fratres vt benedicet. Correctores, in refectione, vel alibi, non præsumant benedicere Fratribus, præsente suo maiore: nisi dictus maior, ipsis minoribus, primitùs annuerit. Et etiam Corrector, post sibi factam per maiorem suum prohibitionem; non præsumat aliquo modo præsidere: siue actum aliquem præsidentiæ facere, præsente ipso maiore Superiore. Turbatur enim Ordinis tranquillitas, & nascitur confusio, vbi inferiores, maioribus non cedunt. *c. Tholos.* 34. *Vide* Benedictio.

1514. *Vicariũ vt nominabit præsente Prouinc.* Corrector, recedens extra Conuentum, non ponat vicem Correctorem in loco suo, præsente in eodem Conuentu maiore suo Superiore; nisi de speciali assensu ipsius. Ita semper (prout est de iure) quòd maior potestas, minori ad obediendum præponatur. Ita Superior minor, & ordinarius, de permissione dicti Superioris sui, suum exerceat officium. Ita quòd, si Superior huiusmodi maior, inuenerit dictum minorem Superiorem, super pœnitentiis

nitentiis alicui impositis, & aliis delinquentem; & Fratribus, sibi subditis, necessaria iniustè distribuentem: de sociorum suorum consilio, poterit dictum minorem corrigere: & inferiores iustè, & rationabiliter, consolari. *ibid.* 35.

Corrector, potest à Prouinciali præsente, extra Conuentum mitti, etiam reluctantibus Senioribus. *c.* 1. *Genu.* 6. *cap. Paulit.* 25. *c.* 1. *Bonon.* 13. Imò, non potest de ipsorum Seniorum consilio, è Conuentu exire, absque expressa Prouincialis vel Generalis licentia, sub pœna grauissima. Neque hoc repugnat Regulæ, quæ vult, Correctores egressuros è Conuentu, de assensu Seniorum, & Capituli scientia. Nouerat enim Legislator, non semper esse Prouinciales præsentes. In quorum absentia, dat normam Correctoribus, ne passim & absque vrgenti causa, è Conuentu exeant. *c.* 1. *Bonon.* 13. *c.* 3. *Barchin.* 39.

Ab eo mitti potest extra Cōuētum. 1532. 1535. 1538. 1538. 1629.

Non debet in mensa facere signum, vel loqui, absque expressa Superioris licentia. Nihílque concludere notabile, cum suo Capitulo, vel conclusum exequi, nisi de scientia, & assensu Superioris Prælati, si adfuerit. *c.* 1. *Bonon.* 14. 1538.

Quomodo subdatur Prouinciali.

Hinc sequitur, plus posse Generalem, & Pro-

uincialem præsentem, quam Capitulo Locali interesse, & in eo votare. Potest enim, ex vi huius decreti, impedire, ne Corrector proponat Capitulo, quod vult proponere: & ne mandet executioni, quod conclusit Capitulum, etiam de ipsius licentia: cùm, & ad concludendum; & ad exequendum quod conclusum fuit, requiratur non modò scientia, sed etiam assensus Superioris Prælati.

Debet adesse Capit. Prouincial. vel Vicariũ mittere. Corrector, Capitulum Prouinciale non petens, sine causa legitima, acerrimè puniatur, etiam cum priuatione. Legitimè verò impeditus, vnà cum Capitulo Locali, Vicarium suum, vnum ex Fratribus sui Conuentus, ad Capitulum mittat. *cap.* 1.
1538. *Bonon.* 10.

Dum est in Infirmaria. Dum est in Infirmaria, & etiam dum exit è Conuentu, potest Vicarium illum
1511. constituere, qui anno præterito fuit Cor-
1514. rector, vel Prælatus. *c. Turon.* 22. *c. Tholos.* 53.
1517. *c.* 2. *Rom.* 21. *cap.* 1. *Genuens.* 6. *c. Paulit.* 25. *cap.* 2.
1532. *Valent.* 12. *cap. Genuens.* 9. Dicitur autem in
1535. hoc tertio Capitulo Genuensi, & in 2. Va-
1550.
1559. lent. ibid. huiusmodi Vicarium posse relinqui à Correctore, dum est in Infir-
Vicarius ab eo nominatus quãdiu durat. maria, per solum mensem, quo elapso, si Correctoris ingrauescat morbus, aut non curetur,

curetur, electio Vicarij deuoluitur ad Correctoris infirmi & Capituli Localis suffragia: nisi vrgeat necessitas, & penuria Fratrum exigat, nominatum à Correctore, in Correctoriatu perseuerare.

Verùm cum ex Capitulo Maßiliensi, Corrector exiens è Conuentu poßit nominare Vicarium per duos menses: vt habes Verbo, Vicarius, *cùm anteà, ex præcitatis Capitulis, posset tantùm per vnicum: per duos etiam menses, posse illum Infirmariæ destinatum, Vicarium nominare, concludo: non solùm propter identitatem rationis, sed etiam, quia si per duos menses potest Vicarium nominare, dum è Conuentu discedit, à fortiori dum est infirmariæ destinatus: vt innuitur c.2. Valent. cit. & ex se patet.*

Correctori dum est in infirmaria, licèt se intromittere, si velit, modestè tamen, & in quantum per infirmitatem licet, de rebus sui Conuentus: & capsæ clauem tenere: ne bona Conuentus, per Vicarium prodigè expendantur. Itaque, citra Correctoris consilium, nihil tractetur, aut definiatur, quod sit alicuius momenti, nisi obstet grauis infirmitas. *cap. 2. Valent.* 13. *Eius potestas.* *Consulendus.*

Nullibi reperi, Correctorem, dum est in Infirmaria, Vicarium in Conuentu debere consti-

tuere. Supponitur tamen non ſolùm in hoc Capitulo 2. Valent. & 3. Genuenſi numeris præallatis,
1538. *ſed etiam in c. 1. Bonon. 27. & in cap. 3. Bar-*
1629. *chin. 15. vbi ſit mentio de Vicario Correctoris infirmi, à Correctore nominato, vt habes verbo,* Vicarius. *Et hæc ſuppoſitio æquiualet ſtatuto. Certè, cùm Infirmaria, extra Conuentum eſſe debeat, Corrector qui eſt in Infirmaria, cenſetur & eſſe extra Conuentum.* Nec obſtat, *quòd dum eſt in horto, non debeat Vicarium conſtituere, licèt ſit extra Conuentum: cùm, ſicut dum eſt in Infirmaria, ſit intra Conuentus clauſuram.* Impedit enim primò, infirmitas: *quia, dum Corrector eſt in Infirmaria, Conuentus negotiis commodè vacare non poteſt: nec ad ipſum recepta medicina, V.g. vel dum acuta febri tenetur, & ſimilibus in caſibus, accedere poſſunt illius ſubditi, quantumuis vrgeant negotia.* Impedit ſecundò, locus, *Infirmaria ſcilicet, quam frequentare prohibentur Fratres: cum ex Reg. 29. illam, reſidentibus ibidem infirmis, abſque Superioris licentia, nullus ingredi debeat. Hæc autem, dum Corrector eſt in horto, locum non habent. Citra tamen conſilium Correctoris, in Infirmaria exiſtentis, nihil tractari aut definiri debet, quod ſit alicuius momenti, niſi obſtet grauis infirmitas, vt hîc ſtatuitur. Ex quo*

Sequitur primò, *quòd Corrector qui in Infirmaria*

firmaria existens, de tractandis negotiis moneri debet, potest & Capitulo interesse ad illa concludendum: neque enim suam amittit vocem, ratione infirmitatis: maximè cùm vt suprà diximus ex Capitulo 3 Genuensi 9. post mensem, Vicarius ipsius debeat eligi, & ab ipso, & à Capitulo Locali. Supponendum tamen semper, quòd grauis infirmitas non obstet.

Sequitur secundò, *Correctorem in Infirmaria existentem, modestè & prudenter, quandiu grauis infirmitas non obstat, & est mentis compos, posse sibi commissos Fratres, tam in Capitulo quàm extra illud, corrigere & castigare. Si enim vocem habet in electione sui Vicarij, & in quibuscumque Conuentus negotiis, cur non in Fratrum correctione? cur non in illa Correctoris officio fungetur? Quasi verò sit depositus, priuatus, vel suspensus, aut à Correctoris authoritate decidat, quia infirmus. Maximè cùm ideò Vicarius ei detur, non ad ipsius auferendam authoritatem, sed ad illum subleuandum: sicut & propter præallatas rationes, quæ Conuentus Fratres respiciunt: quæ tamē in materia, de qua agimus, locum non habent. Adde, Correctorem esse semper supra Vicarium, vt patet, specialiter ex præcedenti statuto: si ergo Vicarius potest delinquentes Fratres corrigere, cur non ipse Superior?*

Corrector non debet ire ad Capitulum *Nō debet*

Intermedium, ſed in officio Correctoriatus, etiam poſt feſtum ſancti Michaëlis, perſeuerare: donec ſucceſſor perſonaliter
1571. comparuerit. *c.4. Valent.27. Intellige, ſi non ſit definitor.*

At, quomodo vocabitur, poſt feſtum ſancti Michaëlis? Quotannis hæc occurrit difficultas, & nunquam ſolutam vidi. Benè tamen dolentes aliquos veterum Correctorum, ſe vocari Vicarios, priuſquam noui venerint. Dico tamen breuiter, illos eſſe vocandos Vicarios. Non enim ſunt melioris conditionis quàm Prouinciales finito officio, & facta electione ſucceſſorum abſentium; qui, vt habetur expreſsè c.1. Auenion. 24. Vicarij remanent, donec ſucceſſores perſonaliter acceſſerint. Item vnius Conuentus, & in Prouincia & in Conuentu, eſt vnicus Corrector. At Corrector nouiter electus, & in Cap. Interm. confirmatus, in tota Prouincia, & in Conuentu pro quo eſt confirmatus habetur & eſt verè illius Corrector: vt talis, vbique ſedet: & licèt nondum in illo Conuentu comparuerit, in ſui tamen Correctoriatus poſſeßionem, miſſus fuit in Cap. Intermedio: Si verò, alter alium Conuentum petat, ſedet in ſuæ genituræ loco. Ergo in Conuentu cuius fuit Corrector, eſt Vicarius tantùm alterius, & talis debet nominari. Ideò præcedens ſtatutum, non dicit Correctorem debere eſſe Correctorem vſque

ad

ad alterius aduentum; sed debere in officio Correctoriatus perseuerare, quod euidenter est esse Vicarium: cùm Vicarij sit, officium facere illius, cuius vices gerit.

Non debet eligi in nouo Conuentu, qui regitur per annuos Vicarios, donec à Capitulo Prouinciali determinetur, eosdem Conuentus regendos esse per annuos Correctores. *c.* 4. *Genu.* 19. *Vbi nõ eligendus.* 1574.

Licèt fœlicis recordationis Sixtus Papa V. ad duos vsque annos Correctorum officium protraxerit; habito tamen mandato super hac re concludendi, à Sanctissimo Domino Clemente Papa VIII. concluserunt Patres officium Correctoris per annum duntaxat debere durare, vt in primæua Ordinis institutione fieri consueuit, iuxta sacræ Regulæ nostræ statuta. *c.* 5. *Valent.* 13. *Debet esse annuus.* 1593.

Corrector, reuoluto sui Correctoriatus anno, potest immediatè eligi in Collegam Prouincialis. *ibid.* 19. *Quando eligibilis in Colleg. infrà.*

Finito etiam suo Correctoriatu, potest esse Vicarius in nouis Cõuentibus, pro fabrica perficiẽda: & agere omnia, quæ Corrector faceret ex officio, provt bonũ sibi videbitur: est enim amouibilis ad voluntatẽ Generalis, vel Prouincialis. Post annum *Quando in Vicarium noui Conuentus.*

1596. autem, poteſt ad quæuis alia officia reeli-
1623. gi. *c.6.Genu.*20.*c.*7.*Rom.*54.

Non ſit Paro. Non debet in Parochum aſſumi, ſub pœna priuationis vtriuſque officij. *cap.* 2.
1599. *Auen.* 18.

Parochus ipſi ſubdatur. Ipſi in omnibus debet ſubdi Parochus, ex noſtris vbi eſt: eíque obedire in omnibus. Parocho enim tali, ſub formali Obedientiæ præcepto præcipitur, & ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, ipſo facto, pro prima vice: ſub pœna autem priuationis perpetuæ ab officio Curatus, pro ſecunda: vt, quaſcumque eleemoſynas, directè vel indirectè, decimas, prouentus, omniáque, quæ pro Miſſis dantur, & omnia alia iura, ad Parochos quomolibet ſpectantia, per ſe, nec recipere, nec diſponere pręſumant, abſque licentia Correctorum. *ibid.* 18.

Non dicatur Prior. Non debet Prior nominari. *c.*2.*Barch.*27.

Non poteſt eligi in aliena Prouincia,
1602. qui non fuerit localis per annum in ea antea commoratus, vel immediatè, vel mediatè. *c.*2.*Auen.*2.*c.*2.*Barchin.* 17.

Quis eligibilis.

1599. Electus in vno Conuentu, poteſt in alio
1602. confirmari, in quo non fuit electus. Ex cauſa in Capitulo examinanda, probanda, ipsíque inſerenda. *cap. Tholoſ.* 48. *cap.* 71
1514. *Rom.*15.
1623.

Confirmatio ipſius.

Hoc

Hoc statutum, primò factum in Capitulo Tholosano, postea reuocatum in c. 1. *Valentinensi* 21. *vt patet ex postillis marginibus appositis à Passarello (qui in margine prioris, posuit,* de mutãdis electionibus : *in margine verò posterioris,* de non mutandis electionibus.*)* Abusus merè dicitur, contra præceptum Correctorij 103. ad voluntatem Prouincialium factus, *in eodem c. Valent.* 21. *licèt reuerà numerus iste ita confusè fuerit exaratus, vt vix vllum habeat sensum, nisi quem ex marginibus collegi. Renouatum tandem fuit dictum statutum, post centum circiter annos, in Capitulo* 7. *Romano: bona quidem fide, rectáque, vt arbitror, intentione: sed non deinceps cum eadem sinceritate obseruatum: quem enim maximum fructum inde speramus, is est, si præterita nos ducunt ad notitiam futurorum, vt eligendi facultas, quæ est penes vocales singulorum Conuentuum, iuxta Regulam & Correctorium, ad nihilum redigatur. Vt quid enim curabunt electores, optimum pro Conuentu cuius sunt conuentuales Correctorem eligere: si electus pro hoc Conuentu, ad Prouincialis voluntatem, vt loquitur Capitulum Valentinense citatum, in alio sit confirmandus? Quo in casu, manifestissimum est, primò, electores, electione frustrari, sine causa & contra ius, perindéque illis esse elegisse, ac si non elegissent.*

Secundò frustratur Conuentus, bono Correctore pro se electo, ab eiusdem Conuentus vocalibus, quorum plurimi, in eodem mox sequenti anno morabuntur, vt plurimùm: quorum ideò, probitas Correctoris plus interest, quam Prouincialium: qui denique, quidquid alij dicant, meliùs norunt Conuentus, cuius sunt electores, necessitates, vt potè qui in eo, per trimestre saltem, ad minus, sunt commorati; quàm Prouincialis, qui semel in anno, illud visitando percurrit: maximè si, vt verissimum est, pluribus intentus minor est ad singula sensus. Quod de quolibet Prouinciali aduerto, cuius curæ commissa est tota Prouincia; quique pondus Correctoris inhabilis nō sustinet.

Nec obstat, *quòd dicatur in Capitulo 7. Romano 15. mutationes has electionum, debere fieri ex causa, in Capitulo examinanda, probanda, ipsíque inserenda. Nihil enim facilius est, quàm causas, reuera futiles, & optimas apparenter, fingere; nihil faciliùs Prouinciali, quàm illarum approbationem habere à Capitulo, eiusdémque actis illas inserere: vt docet nimium frequens experientia. Si enim sint inualidæ, quis in illas insurget? quis damnabit, approbante Prouinciali Capitulo? Generalísne, post quinquennium, aut saltem quadriennium sæpè veniens? Consulat quisque conscientiam propriam, & videbit clarissimè quàm verè loquar: & quomodo*

statuti

statuti huius praxis vergat in fraudem electionum Capitulorum Localium, eligentium & electorum: ideóque & Regulæ & Correctorij & Cōuentuum detrimentum. Vnde, tota Religio, vno ore statuti huius reuocationem postulat. Vidi sanè rationes, in quibus hæ mutationes electionum fuerunt aliquando fundatæ, adeò vanas, vt irrisoriæ penitùs viderentur. Correctorem, in vno Conuentu, in quo electus fuerat, non confirmatum vno anno, vt nō sufficienter pro illo habilē: alio anno in eodem electum, postmodum in illo fuisse confirmatum, vt necessarium, ne in alio quem magis appetebat, in quo etiam electus fuerat, confirmaretur. Cùm tamen, semper esset eiusdem meriti & habilitatis, pro negotiis Conuentus in quo fuit denique confirmatus, peragendis: cúmque semper de eodem ageretur competitore, illius loco vtrobique suffecto. Quo quid absurdius dici possit, ne cogitare quidem valeo. Sed horum & similium nimia frequentia, nos eximit, à dictorū nostrorum probatione. Huic tanto malo, vnicum restat hoc remedium: Statuti bona intentione editi, praxis tamen pessimæ & damnabilis, Reuocatio.

Exiens è Conuētu, absque Capituli sciētia, & assensu Seniorum, ter admonitus, per duos menses suspendatur: & si suspensus non se correxerit, trina alia monitione præuia

Quomodo exire debeat è Conuentu.

præuia, ab officio priuetur. Et super hoc, Prouinciales in suis visitationibus dili-
1611. genter inquirant.*c.Maßil.*44.

In quem Collegã poßit asſumi. Qui est actu Corrector, potest eligi in Collegam Generalis, non autem Prouincialis.*c.6.Rom.*14.

1617. *Cap.cõgregare, quomodo non poßit.* Non potest congregare Capitulum, inuito Prouinciali: ne quidem extra Visitationem, ipso præsente.*ibid.*

Corrector Sanctißimæ Trinitatis. Corrector Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe, in lista Fratrum Gallicæ Nationis, exhibita Reuerendissimo Cardinali Senogaliensi, in primo Capitulo Generali, in quo authoritate Apostolica præsidebat, primus omnium positus fuit, etiam ante
1507. Turoniæ Prouincialem. *c.* 1. *Rom.* 4. *Hoc sanè, quia erat in Conuentu, cuius erat Superior, seu Corrector, in quo Capitulum celebrabatur: & in quo iuxta sequens statutum, imò & ab obitu saltem Beatißimi Patris Francisci de Paula, debetur ei præeminentia.*

Præcedere debet omnes Prouinciales,
1599. in proprio Conuentu.*c.2.Auen.*8.

Correctorium.

Vbi legẽdum. Semel singulis tribus mensibus integrè legatur, in Capitulo, vel Refectorio. *Cor.*30.

Perpe

Perpetuis futuris temporibus, illibatum permaneat. *ibid.* 58. *Vide* Regula. *Illibatum permaneat.*

Publicæ pœnitentiæ, in Correctorio suis in locis taxatæ, ac limitatæ, pro publicis duntaxat culpis, & offensis, delinquentibus imponantur. *Cor.* 115. *Pœnitentia publica.*

Non intelligatur, quòd aliquid in Correctorio insertum, aliquem, ex se, obliget ad culpam: sed solùm ad pœnam; in eodem Correctorio, suis in locis, pro quolibet delicto, respectiuè taxatam, & limitatam: Ad quam etiam peragendam, nullus obligetur: nisi cùm ipsa sibi, per aliquem suorum Superiorum, vel per aliquod Capitulorum, iuxta limitationes, ac modificationes infrà scriptas, aliquando imponentur. Omnes verò huius Ordinis Fratres ac Oblati, à suis culpis absoluti teneantur, cùm eorũ delictis exigentibus, in Correctorio, suis in locis taxatas & limitatas pœnitentias, adimpleuerint. *Cor.* 116. *Obligatio ipsius.* *Pœnitentiæ quæcunque.*

Eius modificationem & mitigationem, postulandam à Sanctissimo, concluserunt Patres: & cum tali moderatione illud acceptarunt. *c.* 2. *Rom.* 38. *Mitigatum acceptatur.* 1517.

Hanc mitigationem, sicut & Regulæ, habes suis locis. Ex Bulla Reuerendiss. Cardinalis Senogalien

galiensis, quæ incipit Vobis. *Sub datum Romæ* 15.*Februarij* 1508.*authoritate Apostolica.*

Correctrix.

Quid nominis. Sororum Ordinis huius Minimorum directioni incumbentes, singulæ Correctrices non immeritò veniunt nuncupandæ: vt seipsas primitùs corrigentes, compassiuè sibi commissas Sorores & Oblatas ita corrigant, quod super earum defectibus piè condoleant: & ipsarum emendationem potiùs, quàm punitionem prætendant ac requirant. *R.S.*30.

Electio. Singulis triennijs, in festo Dominicæ Ascensionis, in cunctis Conuentibus eiusdem Ordinis, in quolibet ipsorum, fiat Sororum specialissima Congregatio: in qua cunctæ Sorores professæ capitulariter conuenientes, vnam è suæ Congregationis vniuersitate maturè eligant; in suam Matrem Correctricem, veluti seruam bonam & fidelem, honestam, virtuosam, ac prudentem, pro tribus duntaxat annis, sibi inuicem subsequentibus, prouidè constituendam, super earum Conuentualem Congregationem: omni sinistro fauore, ac liuore prorsus exclusis. *ibid.*31.

Confirmatio. Correctrix sic electa, per eiusdem Ordinis

dinis Minimorum Generalem, vel per talis Prouinciç Correctorem Prouincialem, pro tribus dictis annis, debitè confirmetur. Taliter verò confirmata, sic omnium sibi commissarum Sororũ, & Oblatarum iniquitates corrigat in vera iustitia, quod misericordiam non dispergat ab illa:& ita misericordiam faciat, quod iustitiã ab ea non diuidat. Cùm primùm verò, vt præmittitur, electa fuerit Mater Correctrix, in Capitulo Conuentus sui fidelitatem Ordini promittat. Ipsius etiam Prælatæ, dicto triennio finito, antè quàm ad alterius electionem procedatur, sibi cõmisso Prælationis officio, humiliter renunciet:& saltẽ, pro triennio immediatè sequenti, officio careat, ac subdita remaneat. *ibid.* 32. *Correctio.* *Fidelitas.* *Subiectio.*

Vtriusque sexus fidelium, cuilibet Congregationi, Prouinciales, huius Ordinis Minimorum Correctores, aut eorum Vicesgerentes, vel eis Superiores, deputent Correctricem, per eosdem quoties expedierit, amouibilem. *R.V.S.* 19. *Tertiariarum.*

Craticulæ.

Oblatæ, pecunias quascumque, à quibuscumque personis, quoties opus fuerit, per strictas Conuentus Craticulas,

recipere

recipere licitè valebunt.Procuratores etiã, ſeu quæuis aliæ deuotæ perſonæ, per prædictas Craticulas,Sororibus & Oblatis,ſuper cunctis ſibi neceſſariis, iuxta illarum facultatem, prouideant.*R.S.*12.

Culpæ.

Caueant Correctores, ne Profeſſos aſtringant culpas ſuas dicere, extra ſecretum Capitulum Profeſſorum: niſi vbi tales Profeſſi, coram Nouitiis publicè deliquiſſent. Si quis autem Corrector contrarium fecerit,vna feria ſexta, comedat panam & aquam,duntaxat. *Cor.*67. *Vide* Capitulum Locale.

D.

Dedicatio Eccleſiarum noſtrarum.

ANniuerſarium Dedicationis, omnium Eccleſiarum Ordinis, prima vacante Dominica menſis Iulij, omnes huius Ordinis Fratres Clerici, & Sorores Choriſtæ,pariformiter celebrent. *R. F.* 14. *R.S.*10.

Defectus.

Secreti & publici,quomodo puniendi.

Vide

Vide Correctorium. Culpæ. Delicta. Punitio.

Definitores.

Vbi eligi consueuerunt Definitores, illic ad solos Prouinciales & Definitores, spectabit Correctorum Localium assignatio, in annuis Capitulis Prouincialibus. *Cor.* 103. *Illorum officium.*

Si mortui, depositiuè fuerint, & simil. eligentur alij in Capitulo Intermedio, illorum loco. Cæterùm, electi in principio cuiuslibet triennij, nec possunt, nec debent interesse, in primo Capitulo sequentis triennij, nisi sint Collegæ: qui, non vt definitores, sed vt Collegæ, debent interesse. *c.4.Valent.*23. *Quid in casu mortis, depos.& cat. quibúsque Capit. debeant interesse.* 1571.

A Prouincia, amoueri non possunt à Generali, nisi ratione priuationis, vel promotionis ad altiora. *c.*7. *Genu.*23. *Vide* Capitulum Intermedium. *Quando non possunt amoueri à Prouincia.* 1605.

In quibuslibet Prouinciis, pro Capitulis Intermediis celebrandis, sex, ad minus, eligantur Definitores. *c.5.Valentinens.*13. & etiam ad summum: cùm hic numerus ad quælibet negotia, etiam grauiora terminanda, sufficiens fuerit iudicatus. *cap.* 3. *Barch.* 13. *Quot esse debeant.* 1593. 1629.

An possit delegare. Ad visitandum, nulla penitùs authoritate fungatur, in Correctoris Generalis præsentia. Neque etiam ipsi, neque aliqui Vigiles, aliquem vice sua substituere valeant. *Cor.* 104.

1571. Habens subdelegandi potestatem, potest subdelegare: aliàs non. *c.* 4. *Valent.* 43. Sic Delegatus à Reuerendo admodum Patre Bernardo de Cropulatu, infirmo, ad Capitulum Generale, cum potestate subdelegandi, alium suo loco subdelegauit, & ad Capitulum Turonense misit, in quo vt fidelis commissarius fuit acceptatus. *c.*
1511. *Turon.* 4.

Potest etiam Delegatus subdelegare, quando talis est consuetudo, vel etiam ad modicum tempus, V.G. per vnum diem. Ideóque, Vicarius nominatus à Correctore, potest alium Vicarium pro vno die nominare, & etiam pro maiori tempore, vbi talis est consuetudo. Ita Passarellus, post Abbatem & Hostiensem, in Scholiis ex Genuensi 28. *Dixi autem, nominatus à Correctore: certum est enim, à Capitulo electos, alios posse suo loco substituere, cùm habeant potestatem ordinariam à lege. Alij verò, regulariter non possunt, vt patet ex statuto Correctorij præallato, nisi in casibus prædictis, nequidem Vicarij Papæ, secūdùm Cardinalem,*

dinalem, in Clement. 2. in 2.q. de rescript. & hoc ideò, quia videtur electa industria personæ. Et vlteriùs, ad vitandam infinitatem, quæ à Iure reprobatur.

Delicta.

Quæ possint & debeant inquiri. *Vide* Visitationes.

Denunciatio.

Etiam iuridica, non exigit testes, possum enim denunciare crimen quod noui, vel charitate ductus vel iustitiæ zelo, vt frater saluetur, & communitas quæ læditur, integra remaneat, & denunciati malum reparetur, ídque absque testibus. *c. 6. Genu.22.* 1596.

An exigat testes.

Hæc sunt secundùm Iura, vt docet Peirinis tomo primo de subdito, q. 1.c. 16. notabili 1. & tamen reuocata in c. Maßil. 55. vbi eadem dicuntur de denunciante, quæ de accusante diximus, verbo, Accusans: *sed malè, cùm dicantur contra Iura, vt iam vidimus.*

Dices, *prætextu zeli & denunciationis, poterit aliquis malè affectus erga me, Superiori notabilia referre crimina, mihi falsò imposita: quæ non solùm suspectum me reddent, sed aliqualiter saltem, bonam meam famam inurent: ergo denuncians, ad probandum quæ dicit, cogi*

debet: aliàs sub prætextu denunciationis, etiam innocentioribus impunè plurima imponentur crimina, quibus infamabuntur.

Respondeo, *ex huiusmodi denunciationibus, Superiorem nullum damnare posse, licèt à multis fiant, cùm, vt dicemus verbo* Testis, *testes singulares non sufficiant ad conuincẽdum, ideóque neque ad condemnandum delinquentem: nisi in certis casibus, de quibus ibi. Valebunt ergo tantùm huiusmodi denunciationes, ad inquirendum denunciati crimen, maiori cum sagacitate. Qui si aliundè nõ sit suspectus, nec ab aliis dicti criminis accusatus, non quia fuit ab vno denunciatus, ideò malè audiet apud Superiorem: sed vt innocens reputari debebit: cùm denuncians malo animo ductus erga illum procedere potuerit. Quod si sit aliundè suspectus, non erit mirum, si tunc bis & tertiò præsumatur malus, cùm etiam sine tali denunciatione semel malus, semper præsumatur malus: vndè ad indagandam criminis veritatem, diligentiùs procedet Iudex post denũciationem. Non ideò tamen denuncianti credet, nec denunciatum condẽnabit.*

Cæterùm quàm necessariæ sint huiusmodi denunciationes, ex eo patet: quod per illas moneri potest Superior, de multis defectibus, qui tamen iuridicè probari nequeunt, ad hoc vt sibi caueat, & ansam delinquentibus de nouo peccandi

præscin

præſcindat: vt denique ſuprà gregem ſuum inuigilet, & ipſius ſalutem procuret: quæ aliàs, defectus ſecretos, etiam notabiles, ignorans, non ita diligenter faceret. De quibus tamen moneri non poſſet, ſi denunciatio teſtes exigeret. Et hæc, admodum conſonant Iuri noſtro Correct. 83. vbi, non ſolùm prohibetur Ordinis noſtri Confeſſoribus, audire Confeßiones mulierum in illarum domibus, niſi oſtio manente aperto, videréque valente ſocio: ſed etiam ſocio præcipitur, vt ſi Confeſſor aliter ſe habuerit, idipſum Superiori reuelet, alioquin grauißimè puniatur. At quorſùm reuelatio hæc, ſi plures teſtes requirãtur? Ex quibus collige, ſubditum qui fratrem malum aliquod notabile perpetrantem videt, quantumlibet occultum, quódque nequit probare: ſi aliter media correctione fraterna, huic obſtare non poßit, non ſolùm poſſe, ſed teneri ſub mortali Superiorem monere, ad hoc vt ipſe remedium adhibeat neceſſarium. Aduertant tamen Superiores, huiuſmodi denunciationes audientes, vt non omni ſpiritui credant: ſed circunſtantias hîc & nunc, loci, temporis, perſonarum & ſimiles, diligenter examinent & attendant: nec ſint in credendo faciles, nec in malè de aliis ſuſpicando faciliores.

Depoſitio.

Habeatur pro Regula Generali, quòd *Prælatorum*

Superiorum. quotiescunque (iuxta præsentis Correctorij tenorem) aliquis huius Ordinis Minimorum Superior Prælatus, suis delictis exigentibus, ab officio suo deponetur, vel suspēdetur: fiet talis depositio, seu suspensio per eiusdem Prælati Socios, vnà cū Capitulo eiusdem, vel proximioris Conuentus, vbi scilicet, quamprimùm ipse Superior Prælatus, post eius cōmissum, tali depositione, seu suspensione dignum sese inuenerit. Et eo taliter deposito seu suspenso: per suos dictos Socios & Capitulum Locale, ibidem substituatur aliquis Frater idoneus vsque ad proximius Capitulum Prouinciale: nisi tunc Generale citiùs foret celebrandum. In quo quidē Capitulo, super hoc pleniùs definietur. *Cor.9.*

Correctorum. Cùm verò iuxta ipsius Correctorij tenorem, aliquis Corrector Localis, suis exigentibus delictis, ab officio deponetur, seu suspendetur, fiet etiam eius depositio, seu suspensio per suos Socios, & Capitulum eiusdem, vel proximioris Conuentus: vbi scilicet quamprimùm Corrector ipse post eius commissum, tali depositione, seu suspensione, dignum sese inuenerit: & eo taliter deposito, seu suspenso, etiam per ipsos suos Socios, & Capitulum

Loca

Locale, ibidem suo loco substituatur aliquis Frater idonens, quovsque super hoc pleniùs deliberetur per Generalem, aut proprium Vigilem, vel Prouincialem, aut per aliquem suorum Vicesgerentiùm. *Cor.* 10.

Est vltimum terribilium: ideò non debet deponi, suspendi, aut priuari Superior, propter violentam iniectionem manuum in Clericum: nisi hæc sit manifestè violenta, & non leuis. Vbi autem dubium fuerit an sit violenta, relinquatur suo respectiuè Superiori iudicandum: & interim Superior officio suo fungatur. *cap.* 1. *Bononiens.* 15. *Quandò non est facienda.* 1538.

Depositi.

Sic suspensi Superiores Prælati, & Correctores Locales, in aliquo non subiiciantur eorum substitutis: sed simpliciter remaneant in Conuentibus suæ depositionis: in primis ipsi Superiores Prælati, vsque ad Generalis, vel Prouincialis Capituli deliberationem: Locales verò Correctores taliter remaneant, quovsque per aliquem ipsórum Prælatorum, vel suorum Vicesgerentium, cum suis Sociis, de ipsis pleniùs deliberetur. Ipsi tamen extra *Vt se habebunt.*

prædictos Conuentus ire non valeant: absque licentia dictorum substitutorum suorum,& Localium seniorum. Cùm autem iuxta eiusdem Correctorij tenorem ipsi Superiores Prælati, & Locales Correctores, exigentibus eorum culpis à suis officiis deponentur: in Conuentibus suæ depositionis, simpliciter subiecti remaneant: & inibi postmodum pœnitentias, talibus eorum culpis & delictis in præsenti Correctorio propriis locis taxatas, humiliter subeant,modo,& forma prædictis: videlicet ipsi Superiores Prælati iuxta alicuius dictorum Capitulorum definitionem:Locales verò Correctores, iuxta alicuius ipsorum Superiorum Prælatorum, vel eorum Vicesgerentium deliberationem, vnà cum suis sociis, super his factam. *Cor.* 11.

Diffamans.

Vide Infamans.

Disciplina.

Si aliquando per Prælatos,cuiquam foret imposita Disciplina, illam manu propria suscipiat ipse delinquens. Si verò in oppositum,quis dictorum Localium Cor-

recto

rectorum, per ſe, vel per alium, cuiquam Diſciplinam alicubi præberet, ſtatim ab officio ſuſpendatur. Si autem aliquis Superiorum Prælatorum, vel ſuorum Vicesgerentium, aliquando incideret in ſimilem caſum: ſic, quòd per ſe, vel per alium, aliquem diſciplinaret; ipſo facto, ſimiliter ſuſpendatur ab officio. *Cor.* 68.

Diſcordia.

Si aliquando, inter Prælatum & ſubditũ, grauis oriretur Diſcordia: Locales Seniores, ac maturiores loci Fratres, illam cum omni charitate, quantociùs extinguere conentur. Et ſi ſubditus ſuper hoc culpabilis inueniatur, ſubiaceat definitioni de ſe per Locale Capitulum factæ: Si autem Prælatus ſeu Localis Corrector, ſuper hoc culpabilis inueniatur, alicui Superiorum Prælatorum, vel ſuorum Vicesgerentium, puniendus reſeruetur. Et ſemper in exortis litibus, potiùs quæratur pax & reconciliatio, quàm punitio. Non enim quærenda eſt Fratrum afflictio, ſed emendatio. *Cor.* 35. *Vt ſedanda inter Prælatũ & ſubditum.*

Si aliquando inter Correctorem & Seniores, ſuborta fuerit aliqua Differentia, mitigetur coram Locali Capitulo. Et ita *Inter Correctorẽ & Socios.*

I 5 vbi

vbique, per Capituli deliberationem extinguatur: & ad bonam concordiam & pacem, reducatur quæcumque suborta differentia. *ibid.*73.

Inter Super. Prælatos & Collegas, & cui parti standum. In omnibus ac singulis Differentiis, inter quoscumque Prælatos, & eorum Socios, vbiuis pro tempore subortis, vbi vnanimiter contradicerent dictorum Prælatorum Socij, stetur determinationi & definitioni, factæ per maiorem & saniorem partem Capituli Localis: secundùm expressum textum decimi Capituli Corre-
n. 97. ctorij. Verùm, vbi ex vna parte, duo Socij eiusdem sententiæ essent: stetur illi parti, vbi vnus Seniorum cum Superiore concordauerit: in quorum sententiam, alij te-
1571. neantur se subscribere. *c.*4. *Valent.*41. *Vide* Literæ.

Dissolutiones.

Fugienda. Omnes, maximè quæ fiunt in festo Epiphaniæ, seu aliis festis, & carnisprivio, prohibentur, sub grauibus pœnis, ad discretionem Superionis imponendis: ne ipsa festiuitatis gaudia, peccato aliquo macu-
1514. lari contingat. *c.Tholos.*73. *c.*2. *Rom.* 32.
1517.

Eccle

E.

Ecclesia.

QVæ dantur Ecclesiæ deuotionis causa, vt cerei, imagines & similia, si non sint pretiosa, debent in Ecclesia conseruari, & in alios vsus non distrahi, ad excitandam deuotionem: sub pœna priuationis officij, pro Correctoribus. *c. Massil.* 23. *Ei oblata.* *1611.*

Eiecti. Eiiciendi.

Si aliquando, dæmone procurante, Congregationis vtriusque sexus, aliqui vel aliquæ, quasdam inhonestas aut prohibitas artes exercerent: vel assidui blasphematores essent: per aliquem, seu aliquos Fratrum, seu Sororum, charitatiuè ter moneantur: qui si trina, vt decet, facta monitione, se non correxerint, nec emẽdauerint, per huius Ordinis Minimorum Correctores, de Seniorum consilio, cingulo, & cunctis huius Ordinis gratiis, ac priuilegiis, penitùs priuentur. *R. V. S.* 17. *A Tertiariis.* *Antè monendi.* *A quibus.*

Nihilominùs, nouerint tales, ex priuatione huiusmodi, se à præsentis *Eiectorũ obligatio.*

Regu

Regulæ obſeruantia, nullatenus abſolui, neque liberari: quin potiùs ipſi præfato cingulo, & omnibus prædictis gratiis ac priuilegiis, indignos ſe recognoſcant, & iudicent. Digna tamen ipſorum contritione exigente, ac humilitate poſcente, poterunt ab eis ablata cingula, illis benignè reſtitui: & ad pœnitentiam ſalutarem, ac priorem laudabilem vitam intra præſentem fraternitatem, valebunt ipſi recipi. *ibid.* 18.

Pœnitentium noua receptio.

Si eiecti ab Ordine noſtro, redierint pœnitentes, & de Superiorum conſenſu recipiantur: tantùm de eorum primogenitura dematur, quantùm extra Ordinem & Superiorum Obedientiam remanſerunt. *c.* 3. 1629. *Barchin.* 58.

Ab Ordine eiecti.

Electio.

Nullus in Superiorum huius Ordinis Electione vocem habeat, niſi ad minus per triennium, in hoc ipſo Ordine iam profeſſus laudabiliter vixerit. Nec etiam poſt ipſum triennium, hoc idem facere quiſquam valeat, demptis ſolis Presbyteris tantùm, in hoc Ordine profeſſis: & vigeſimum quintum annum ad minus attingentibus: niſi Generalis, vel Prouincialis

Vocem habentes in Electione Super.

cialis Capituli consensu interueniente. *R.F.*39.

Nulla Sororum huius Ordinis, in Prælatarum, seu Correctricum, & antiquarum Sororum Electione vocem habeat, nisi saltem per biennium in hoc Ordine iam professa, laudabiliter vixerit, & vigesimum quintum annum, ad minùs, attigerit. *R.S.*28. *Correctricum & Sociarum.*

Singulis trienniis in festo Dominicæ Ascensionis, in cunctis huius Ordinis Conuentibus, in quolibet ipsorum, fiat Sororum specialissima Congregatio: in qua cunctæ Sorores professæ capitulariter conuenientes, vnam è suæ Congregationis vniuersitate, maturè eligant in suam Matrem Correctricem: veluti seruam bonam & fidelem, honestam, virtuosam ac prudentem: pro tribus duntaxat annis, sibi inuicem subsequentibus, prouidè constituendam, super earum Conuentualem Congregationem: omni sinistro fauore, ac liuore, prorsus exclusis. *ibidem* 31. *Quando Eligenda Correctrix.*

Vt singula cuiusque Conuentus negotia, horis debitis compleantur, & Communitatis tempus opportunũ melius obseruetur: Fratres, iuxta tenorem Regulæ in *Non Vocales.*

Electionibus vocem non habentes, postquam suas dixerint culpas, talium Electionum tempore, vadant ad peragenda sibi commissa negotia: provt illis, per Correctorem, & tunc occurrens Capitulum, fuerit ordinatum. *Cor.* 31.

Eligentes Superiores ineligibilos. Quicumque scienter elegerint Superiores, ante triennalem terminum, præfixum in nono Capitulo Regulæ, huius Ordinis Minimorum: aut absque consensu Generalis, vel Prouincialis Capituli, vbi & quando habendum foret: si taliter Eligentes Prælati existant, ipso facto ab officio deponantur. Fratres verò subditi similiter offendentes, voce capitulari per annum priuentur, & iuxta delicti grauitatem, puniantur. *ibid.* 69.

Suffectorum Collegarum Electio. Cùm, legitima interueniente causa, aliquem Sociorum Prælatorum delegari contigerit per suum Prælatum, ad aliquem huius Ordinis Conuentum visitandum: tunc per reliquos duos eiusdem Prælati Socios, & per Capitulum eiusdem, vel proximioris Conuentus, suo in loco substituatur aliquis Frater idoneus. *ibid.* 113.

Decretũ Electo primo Generali huius Ordinis, Reue

Reuerendissimus Cardinalis Senogalien- *Electio-*
sis Capituli Præsidens, mandauit, vt *nis.*
vnus ex quatuor Scrutatoribus, qui & erat alius à Scriba, hoc formaret Electionis decretum. Ego frater Hieronymus de Ianua, vice mea & omnium electorum, eligo Fratrem Franciscum Binet, & illum facio Correctorem Generalem, Ordinis Minimorum. c. 1. *Rom.* 20. Idem 1507.
Decretum formauit idem Scrutator, pro Electione Collegarum & Zelosi. *ibidem* 22.

*Hoc decretum formari debet in quibuslibet electionibus Canonicis, excepta electione Correctorum Localium, quæ fit in singulis Conuentibus Innocentius enim & Panormitanus Cap.*in Genesi,*dicunt illam esse de necessitate & essentia Electionis per scrutinium. Ratio redditur in eodem cap. quia ex singularibus consensibus, non resultat consensus collegialis, & communis, nisi sequatur communis Electio, modo prædicto: sicut ex singularibus propositionibus, non constat propositio vniuersalis, nisi exprimatur per signum vniuersale. Sic in electione, licèt quilibet singulariter dicat, Eligo talem, nisi subsequatur Electio communis, nomine Capituli, non apparet Electio communis & Capitularis. Ideò, vt appareat communis, fuit statutum*

per

c. sicut, de elect. lib. 6. c. cum ab vno, de re iudic. eod. lib. *per sacros Canones* c.in Genesi, *vt præstitis singulorum votis & consensibus, in scrutinio, subsequatur communis Electio, modo prædicto. Ita Passarellus in Scholiis ex Capit. Auen. n. 2. in fine. Vbi dicit, hoc decretum formari debere ab eo, cui Capitulum cõmiserit. Excepi Correctoris Electionem: quia hæc, ex Capitulis Tholos. 48. & 4. Valent. 26. Secretè seruari debet, quousque de illa definiatur in Capitulo Prouinciali.*

Electiones iniustæ. Vbi Prouincialis & eius Socij, reperirent alicuius Conuentus Correctoris Electionem iniustam, in Capitulo Prouinciali: poterunt idem Prouincialis, cum Sociis in ipso Capitulo Prouinciali, super huiusmodi prouidere. *c. Thol.* 48.

1514.

Aduerte, hoc statutum fuisse factum, quo tempore Collegæ, vt Collegæ, singulis Capitulis Prouincialibus annuis, cum Correctoribus & Commissis singulorum Conuentuum aderant. Item intelligi debere, saluo Iure cæterorum capitulantium. Neque enim ad solos Prouincialem & Collegas, pertinet prouidere de Correctore & similibus, in casu electionis iniustæ, sed ad totum Prouinciale Capitulum: cùm ex Correctorio 103. ipsius sit Correctores assignare.

Postulationes & dona. Caueant Fratres, ne ob Electiones, aliquas postulationes, vel dona, faciant. *cap. Tholos.* 48.

1514.

Hoc

Hoc statutum est admodum Iuri conforme: in quo, videtur quòd preces simoniam inducant 1. *q.* 1. Sunt nonnulli, *&* 8. *q.* 1. Plerique, *vt ibi notat Glossa. Quæ in cap.* Tuam extra de ætate & qualit. *ita distinguit. Cùm quis eligitur, aut suis precibus interuenientibus, aut alienis. Si suis, quantumcumque sit idoneus, simonia committitur, argum.* 8. q. 1. In Scripturis, *intellige, citra necessitatem. Potest enim preces porrigere Superiori, cùm indiget: aliàs preces quas aliquis pro se porrigit, vt in Prælatum eligatur, ambitiosæ sunt, & illicitæ,* 1. *q.* 1. Nullus itaque. *Si verò, precibus alienis promouetur: aut preces sunt spirituales, aut carnales. Si carnales, & fiunt pro indigno, simonia committitur.* 1. *q.* 1. de ordination. *quia succedunt tales preces loco pretij.* 1. *q.* 1. Sunt nonnulli. *Si pro digno: dummodò Superior non habeat respectum ad preces, sed ad meritum, licitè possunt admitti, vt cap.* Tuam extra de ætate & qual. *&* 1. *q.* 1. Quibusdam. *Si verò sunt spirituales, admitti possunt, nec inducunt simoniam Hæc Glossa. Dicit tamen Io.* 8 *q.* 1. Plerique. *Non credo, quòd preces consanguineorum, inducant simoniam, si fiant pro digno, vt* 1. *q.* 1. Latorem. *& maximè, cùm quis possit pro se rogare, si dignus est,* vt extra de simonia, Tua. *Nec illa Decretalis,* Tuam, *contradicit, si benè inspiciatur. Hæc ille.*

K Melius

Meliùs D. Bernard. lib. 4. de considerat. c. 4. Sanè huic negotio, *electionum*, non se ingerat rogans. Consilio, non prece, agendum est. *Et infrà*, Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est. Nec interest, per se, an per alium, quis roget. Clericum Curiam frequentantem, qui non sit de Curia, ad idem notis pertinere ambientium genus. Adulantem, & ad placitum cuiusque loquentem, vnum de rogantibus puta, etiamsi nihil rogauerit. *Et infrà*, Non volentes, neque currentes assumito: sed cunctantes, sed renuentes. Etiam coge illos, & compelle intrare. *Hæc D. Bern. Ideò Peirinis de subdito, q. 1. c. 31. §. 6. Conclus. 6. multos Authores pro se citans, dicit, cassandam esse electionem illius, qui requisitus antequam esset electus, consensit electioni de se faciendæ, quia præsumitur ambitiosus.*

In ea vocem habens. Qui per Obedientiam Generalis, ex vna Prouincia in aliam venerit: vbi primùm in aliquem Conuentum illius Prouinciæ se contulerit, & ad Prouincialem commodè adire non poterit, instétque Electionis tempus: voce actiua, in eadem illius Conuentus Electione, gaudebit: licèt à Prouinciali nondum sit assignatus.
1562. *c. 3. Valent. 23.*

Ex

Ex hoc ſtatuto, colligo, quòd ſi quis obtenta Obedientia à Generali, pro Localitate alicuius Prouinciæ, illam attingit decima quinta Iunij, & primò Conuentum appellit, in quo Prouincialis illius Prouinciæ non reperitur, qui eum poßit aßignare Localem, votare debet in illo Conuentu, ad quem primò appellit. Ita Peirinis ſuper constitutione 2. Clem. VIII. §. 2. num. 16. in libro noſtrorum Priuilegiorum.

Quoniam à Sacroſancta Synodo Tridentina, quò rectè omnia & ſine vlla fraude fiant, inter cætera definitum eſt, vt Superiores & Officiales, deinceps eligantur per vota ſecreta: ita quòd eligentium nomina nunquam publicentur. In huius executione, & ad conſulendum quorundam puſillanimitati; vt quem quis eligat, etiam ipſum lateat Scribam: in futuris Electionibus, quorumcumque Superiorum Prælatorum & Localium Correctorum, omniúmque Sociorum prænominatorum: P. quoque Zeloſi, ac omnium Commiſſorum, ad Capitula Generalia, vel Prouincialia tranſmittendorum: Patrum etiam Definitorum, infrà ſcripta forma, obſeruetur. Et ſi ſecus factæ fuerint, irritæ prorſus habeantur: provt eas S. Synodus nullas & irritas facit. Singuli Electores, ſecun- *Seſſ. vlt. de Reg. c. 6.*

Electio per Scrutinium.

dùm determinationem, c.1.Bonon.5. *vbi hæc ſcrutinÿ forma, pro ſola Generalis Electione præſcribitur: hîc verò, ad prædictas omnes extenditur.* Accipiant tres, vel ad minus duas ſchedulas, de manu Scribæ: cum inſcriptione nominum, trium vel duorum diuerſorum Patrum, quos eligens voluerit, abſque nomine eligentis, hoc modo. Pater N. eligatur ad tale officium: vnámque ex ſchedulis illis, inſcriptam nomine illius, quem eligens voluerit eligere, inuolutam ſeu clauſam, reponat cum aliorum eligentium votis, in vrnam aút capſulam, quæ coram omnibus ſtabit: aliis ſchedulis palàm fractis, aut in ignem proiectis: nihil aliud, tam ipſe Scriba quàm quiuis alij, reſpicientes; niſi quod vna tantùm ab vno dimittatur. Quibus omnibus, ſic à ſingulis Electoribus ſigillatim dimiſſis: Scriba, cum alio, vel duobus ex Capitulo ſibi aſcitis; palàm accepta vrna, ſeu capſula, ſingulas ſchedulas, à ſingulis Electoribus inuolutas, ibidem dimiſſas, in commune effundat. Et antequam ipſas aperiat, numeret, & ad numerum vocalium conferat: & ſi æquales numero ſint, ſtatim eas comburat, ſeu palàm totaliter laceret: & iterum, alias ſchedulas, modo prædicto, ſingu

singulis faciat. Verùm,cùm eas vocalium numero conuenire inuenerit, aperiat; & nomina publicet eorum qui fuerunt electi,exprimens numerum votorum, quem vnusquisque habuit. *Intellige, si facta fuerit valida Electio,aliàs non.Ita praxis.*Vbi,si quis aliquem, vel aliquos coelectos, vnica supereminenti voce, superauerit; eius Electio rata & legitima habeatur. *c. 4. Valent.* 1571.
25.*Nunc, positis constitutionibus à Clem. VIII.*
ad c.6. Genuense missis, quæ incipiunt. Tutte 1596.
l'elettioni. *ad electiones validas, requiritur pluralitas votorum,vltra medietatem.Ait enim Sum.Pont.* Ne s'intenda per valida,è canonica quell' elettione, nella quale non sesrano concorsi, più de la mettà de i voti: non ostante qual sivoglia vso, ò consuetudine in contrario.

In humilitate fundatam esse, nostram Minimitanam Religionem, nomen ipsum declarat: Illam sub Charitate militare; vexillum Charitatis,è cœlo ab Angelo B. P. Francisco de Paula allatum,& per ipsum nobis,manifestè demonstrat.Vtrisque,varias moliuntur insidias,& tam frequentes electiones in Ordine nostro faciendæ, & modus eligendi. Vndè foret operæpretium, imminentibus inde malis, festinanter occurrere.

Vide Nauar. in c. Nulla 18. q.2. n. 31 & l.3.cons. tit. de statu Monachor. Et Roder. t.1.q.16. ar.1.

Generalem eligimus; Collegas & Zelosum;

 quoli

quolibet sexennio. Prouinciales, tres Socios & sex Definitores, quolibet triennio. Correctores, & Discretos, singulis annis. Has Electiones vt faciamus, statuit Regula. Vt illas faciamus per vota secreta, mandat Concilium Tridentinum, post Cap. Quia propter, de Electione. *Qualiter autem per vota secreta, quod variè fieri potest, & variè fit de facto, in variis Religionibus, vt specialiter vidi in ipsorum constitutionibus, determinat preallatum statutum, Capituli 4. Valentinensis: quod proximè accedit ad Capitulum* Quia propter, *citatum.*

At, sicut experientia rerum magistra docuit, aliquid esse adiungendum, modo eligendi per scrutinium, tradito in Capit. illo Quia propter: *quod factum est in hoc statuto, c.4. Valent.* ad consulendum Electionum libertati, & eligentium pusillanimitati, *vt dicitur ibid. Sic eadem docet experientia, per hoc statutum, Electionum libertati, & Eligentium pusillanimitati non fuisse sufficienter consultum. Nam*

Vt pluralitas eligentium hac Electionis forma, feratur in vnum eligendum iuxta Clementis VIII. constit. necesse fieri debet tractatus Electionis. At ex hoc, eo modo quo fit, facillimè colligitur, in quem quisque feratur, cui etiam aduersetur; ideò, in Electionibus non liberè proceditur. Et periculum est, ne in dicto tractatu multi

quærant

quærant quæ sua sunt; pro se, vel suis agant: & annuos saltem Correctoriatus ambiant, quos quotannis dari vident tot Fratribus, variæ qualitatis & meriti.

Accedit, præsumpta saltem infidelitas Scribæ, qui semper est, ex parte eligendi. A quo, si quis plures quàm duas schedulas petat, pro suspecto habetur. Si duas tantùm; dum Electione facta, cum cæteris scrutatur schedulas, cognoscit facilè, quis pro illo votauerit, ad quem ipse fertur, quis non votauerit.

Curare tamen debent Prouinciales, vt Deo potius satisfaciant, quam cogitẽt de successore amico: ne cum videant ipsius Electionem à Correctoribus & Commissis pendere, & Correctores & Commissos in singulis conuentibus eligendos proponãt; Correctorem quidem eundem sæpe, sed amicum semper, sufficienter dignum, in diuersis Conuentibus: vt illo in vno Conuentu confirmato, cæteris Conuentibus in Capitulo Prouinciali de Superioribus ad libitum prouideãt. Ne etiam in casu nullitatum electionum Correctorum, quorum est celebrare Prouinciale Capitulum, ad Correctoriatus admittant Prouinciæ fæces, iuniores, inexpertos, aliàs nunquam Correctores, arundines vento minimo agitatas, vt de illis ad placitum disponant, quod de aliis non facerent.

Curare debent electores, ne sint timore trepi-

dantes, etiam vbi fortè, quod absit, videri posset timoris alicuius causa: cum talis timor, libertatem tollat, sicque, electiones annullet. Non vereantur pro Deo, proponentibus minus dignos constanter aduersari: vel talibus displicere propositis, vt soli Deo placeant. Non denique Scribæ Capituli præsumptam prætextent infidelitatem, sed Ordinis profectum, potius meditentur.

Certè, si aliquando res alio modo se haberẽt, loco digniorum, eligerentur indigniores: penitus tolleretur Electionum libertas, sine qua nulla est Electio, à Prouinciarum fæce, Prouinciales eligerentur; Prouincialatum, sibi duo vel tres mutuo darent & redderent, donec obstaret mors. Correctoriatus annuos, ambirent vel ipsi iuniores & inhabiles: periret penitus humilitas: & erga Zelum Religionis habentes, aduersantes prædictis omnibus, secundùm Deum in electionibus procedere volentes, Charitas penitùs extingueretur. Vnde & forté odia pullularent maxima, & vniuersa Religionis destructio.

Tot malis imminentibus, támque periculosis, occurrere desiderans, ad consulendum pleniùs Electionum libertati, & eligentium pusillanimitati, *sequentem eligendi modum cogitaui: quem, vt & omnia mea, saniorum & doctiorum, sed Superiorum maximè, censuræ submitto: proponendo duntaxat, non autem concluden*

cludendo, affero. Fructus tamen vberes, in Religione producturũ spero; si, vel Capituli Generalis statuto. vel maximè Summi Pontificis authoritate, Motu proprio, & ex certa scientia, detractis detrahẽdis si quæ sint, & additis addendis, sicut à paucis annis exiit noua forma eligendi Generalem in casu mortis, de qua infrà, hoc vel simili modo prodiret.

1. Prohibetur Superioribus quibuscumque, maximè Prouincialibus, Electoribus aliquem eligendum proponere, nisi modo inferiùs declarando: & eligentibus, eligere quemcumque, siue ab aliquo Superiore, siue à subdito, siue ab alio quocumque, maximè seculari, vel alterius Ordinis Religioso, nisi modo infrà dicendo, propositum cuicumque eligentium; directè vel indirectè, seriò vel ioco: sub pœna tam pro proponẽtibus quàm pro eligentibus, excommunicationis latæ sententiæ: à qua absolui non poterunt transgressores, nisi à Correctore Locali, vel primo eius Seniore. Idque, cum onere à quocumque indispensabili, recitandi per annum, semel singulis Hebdomadis, Psalterium Dauidicum integrum, vltra Officium Diuinum, pro singulis transgressionibus huius præcepti. A cuius pœnitentiæ omissionibus, non possint absolui, nisi cum onere, à quocumque etiam indispensabili, recitandi Psalmos omissos, vel illorum partes.

Nulli extra Capit. proponantur.

Propositi non eligantur.

Contrauen. pœna.

Si tamen dictaret conscientia, proponentem, cuiuscumque conditionis sit, ei qui aliquem in

Capitulo debet proponere, vel eligere, aliquem proponere malitiosè, ad effectùm ſcilicet impediendi ipſius Electionem; poterit, in Capitulo proponens, vel eligens, ſibi taliter propoſitum, proponere vel eligere, abſque ſcrupulo.

Nullus de Electionib. loquatur vel Scribat. 2. Prohibetur etiam omnibus & ſingulis, tam Superioribus quà ſubditis, quomodocumque, ſeriò vel ioco, publicè vel priuatim; ad inuicem ſcribere, vel loqui, de electionibus præteritis vel futuris, ſeu factis vel faciendis; *Niſi in Capit.* niſi in capitulo: ídque, dum ſedentes, erunt accincti ad electionem faciendam: ſub eadem *Contrauen. pœna.* pœna excommunicationis latæ ſẽtẽtiæ. A qua etiam abſolui non poterunt trangreſſore, niſi à Correctore Locali, vel primo eius Seniore, cum prædicta pœnitentia indiſpenſabili: ſicut nec ab eiuſdem pœnitentiæ omiſſionibus, niſi modo quo ſuprà.

In Cap. vt fiet tractatus Electionis. 3. Die Electionis, ad ſonitum Campanellæ conueniant Electores in Capitulo. Ibi, facta à Superiore exhortatione de melioribus eligendis, fuſis ad Deum precibus: lectis Decreto Concilij Trid. Statutis Clem. VIII. circa Electiones, & Regulæ Conſtitutionibus: facta legitimatione Capituli, & proteſtatione de non admittendis excludendis, nec excludendis admittendis: præſtitóque Iuramento, de melioribus eligendis: Superior qui præeſt Capitulo, *Eligendus vt proponetur.* vnum eligendum in Prouincialem, V. G. vel Correctorem, proponet. Poterítque eius virtutes & merita afferre: & alij, abſque rumore tamẽ, breuiter, humiliter, & ſolo Religionis Zelo ducti, ne indigni eligantur, defectus & demerita,

merita, si velint: quibus & cæteri eodem modo poterunt respondere. Et sic fiet tractatus Electionis.

4. Propositus autem, approbabitur vel reprobabitur à pluralitate eligétium hoc modo. Statim facto tali tractatu, sedentibus Electoribus in Capitulo, tot ipsis in disco offerentur globuli lanei, eiusdem omnino figuræ & coloris, quot erunt Electores. Post Superiorem, singuli ex parte illius dextra, vnum accipient: Deindè, singuli ex parte sinistra, etiam vnum: Excepto tamen illo qui proponitur, si sit de corpore Capituli. Posteà eodem ordine, ipsis offeretur Vrna in fine bipartita: in cuius partium vna scribetur APPROBO, & in altera REPROBO, ita tamen disposita, vt intra illam, manum & partem brachij mittere possit eligens: qui ibi duo foramina reperiens, vnũ versus partem in qua est APPROBO, aliud versus illam in qua est REPROBO, in quancumque partem voluerit, liberè globulum suum mittet; quod ordine prædicto, ab omnibus & singulis electoribus fiet. Ita quod, si eligens approbare voluerit propositum, globulum suum ponet in APPROBO; si noluerit in REPROBO. Hæc, ob oculos ponit, ista tabella. *Propositus vt approbandus.*



Vbi

Vbi autem, singuli eligentes, hoc modo votum suum dederint: aperietur Vrna à Præside; & à tribus antiquioribus Capituli; ratione Nationum, in Generalibus Capitulis; ratione officij, in Prouincialibus; ratione primogenituræ, in Localibus. Qui, si pluralitatem globulorum repererint in R E P R O B O, reprobatus erit propositus. Si verò, eandem pluralitatem repererint in A P P R O B O, approbatus. Et statim, scribet Capituli Scriba in libro. R. P. N. *nomen & agnomen exprimendo*, electus fuit in Prouincialem. V. G. tot vocum suffragiis, illarum etiam exprimendo numerum. Numerabuntur tamen globuli, qui erunt in R E P R O B O: vt videatur, si cum illis qui sunt in A P P R O B O, eligentium numero adæquentur: ad præcauendas fraudes: in casu enim excessus vel defectus, nulla esset approbatio.

Omnes suo ordine proponent eligendos.

5. Proposito à Superiore, sic approbato, vel non approbato: antiquior post ipsum, modo supra expresso, alium proponet, eodem modo quo prior, approbandum vel reprobandum: & sic de subsequentibus: donec tres approbati fuerint, à pluralitate: ídque vsque ad tertium circulum eligentium, inclusiuè. Quo peracto, si tres non essent approbati, deuolueretur Electio ad Capitulum, seu proximum Superiorem. Cùm verò, tres fuerint approbati, & à Scriba, prædicto modo scripti: qui ex illis tribus, plura vota habuerit, ritè & canonicè erit electus.

Tres approbandi.

Electionis deuolutio.

Ex approbatis quis Electus.

Electio Prouinc.

6. Prædicta omnia seruabuntur in Electionibus Prouincialium, Correctorum Localium, Collegarum Prouincialium, Definitorum

Commiſſorum,Scribarum,Sacriſtarum, & omnibus aliis quæ per ſcrutinium fieri debent.Excepto quòd, in Electionibus Sociorum Correctorum Localium, in Conuentibus in quibus vocales non erunt plus quàm octo,ſufficiet approbare pro Electione cuiuſlibet ex Sociis, duos tantùm.In aliis verò Conuentibus,approbabuntur tres, vt in aliis Electionibus. Ita tamen,quòd vnus, vel duo, qui in votis non exceſſerunt,pro approbatis cenſeantur. Vnde,pro Electione alterius Socij, ſufficiet tertium, illis duobus approbatis, approbatum adiungere; & qui ex illis tribus plura vota habebit, erit electus: & ſic deinceps. Idem ſeruabitur, in Electionibus Collegarum Prouincialium & Definitorum. *Correct. & Commiſſ. Diſcretorum. Colleg. Prouinc. Definit.*

7. Si qui vltimus propoſuit aliquem, approbandum in Prouincialem.V.G.eſt tertius Capituli: cùm agetur de Electione Collegarum, quartus Capituli proponere incipiet approbandum in Collegam;deinde quintus, & ſic deinceps,quilibet ſuo ordine; tam, quoad Electiones Collegarum, quàm Definitorum & ſimilium.Idem planè ſeruabitur,proportione facta, in Electionibus quæ fiunt in ſingulis Conuentibus. *Qui, & quo ordine eligendos proponent.*

8. In Electione verò Generalis,Patres ſingularum Nationũ,eodem modo quo ſuprà, vnum è tribus à pluralitate acceptandis, vocum pluralitate, approbabunt è ſua Natione, ſeparatim:Itali ſcilicet, vnum Italum: Galli,Gallum: Hiſpani,Hiſpanum. Idque, præſidente Generali;non votante tamen, niſi in approbatione Generalis *Electio Gener.*

neralis suæ Nationis. Deinde, omnibus omnium Nationum Capitulantibus, in Capitulo congregatis: tres, à tribus Nationibus approbati, coram dictis Capitulantibus publicè nominabuntur à Generali: & ab ipsis postea, modo quo suprà, denuò approbabuntur. Et qui plura vota habuerit, vltra medietatem, ritè & canonicè erit electus. Hîc videntur reducendi electores singularum Nationum, ad numerum æqualem minori; ne vna Natio præualeat. Si tamen in aliqua Natione, post tertium eligétium circulum, non approbarentur tres à pluralitate, modo suprà dicto; ideóque, nec vnus Nationis illius coram vniuerso Capitulo proponeretur, in Generalem eligendus: tunc, qui è duobus aliarum Nationum eidem Capitulo propositis, habebit pluralitatem vocum eiusdem vniuersi Capituli, canonicè erit electus. Si verò vna tantùm Natio tres approbet, modò prædicto; & ex ipsis, vocum pluralitatem habentem, vniuerso Generali Capitulo in Generalem proponat; cùm nulli sint qui cum eo concurrant, ipso facto ritè & canonicè erit electus. Si denique nulla Natio tres approbet, deuoluetur Electio ad Summum Pontificem.

Colleg. Gener. & Zelosi. 9. In Electione verò, Collegarũ Generalis, & Zelosi, idem prorsus seruabitur. Excepto quòd, qui fuerint approbati à Patribus singularum Nationum, & vocum pluralitate electi, in Collegas Generalis: non approbabuntur denuò, à capitulantium omnium Nationum, vocum pluralitate. Sed ritè & canonicè censebuntur electi. Cùm qui eiusdem sunt Nationis, optimè se

cogno

cognoſcant;qui diuerſæ,non item. Cúmque,licèt omnes Collegæ Generalis, totius Ordinis negotia definiant,& pro toto Ordine aſſignentur:ſpecialiter tamen,Italus, pro Natione Italica eſſe videtur : Gallus, pro Gallica; Hiſpanus pro Hiſpanica.

10. Si vltimus qui Generalem approbandum propoſuit, eſt tertius Prouincialis Nationis: quartus, primus, Collegam proponet approbandum; & ſic de ſequentibus. Si decimus, vltimus Collegam etiam propoſuit approbandum; vndecimus, primus, Zeloſum proponet & ſic de ſequentibus. *Qui proponent eligẽdos in Cap. Gener.*

11. Si qui vltimus in vltimo Capitulo Generali, Generalem approbandum propoſuit, eſt tertius Prouincialis Nationis: in ſequenti Capitulo Generali, quartus Prouincialis, primus, poſt Generalem tamen, in Electione Generalis ſuæ Nationis approbandum proponet; quintus, ſecundus; & ſic de ſequentibus per Ordinem Prouinciarum, etiam quo ad Commiſſos: tam quo ad nominationem Generalium, quàm Collegarum & Zeloſorum approbandorum. Tam in eodem Capitulo, quàm in ſubſequentibus. Et ſic, proportione facta, fiet in Capitulis Prouincialibus, quoad Ordinem Correctorum & Commiſſorum, iuxta antiquitatem Conuentuum, poſt Prouincialem. *Ordo proponentium in cap. Gener.* *In Cap. Prouinc.*

12. In caſu paritatis vocum, in approbatione Generalis, facienda ab vniuerſo Capitulo Generali; prima vice, Italus antiquioris Nationis cenſebitur electus. Secunda, Gallus, ſecundæ Nationis. Tertia, Hiſpanus, Nationis tertiæ. Et *Paritas vocum.*

ſic

ſic deinceps, incipiendo ab Italo. In caſu paritatis vocum in approbatione Zeloſi: præualebit ſecunda Natio, ſi prima præualere debeat, in approbatione Generalis: tertia, ſi ſecunda: prima, ſi tertia. In caſu paritatis vocum, inter Nationes, quarum nulla debebit præualere: præualebit quæ vltimò loco non præualuit. In caſu verò paritatis vocum, in approbatione quorumcumque aliorum eligendorum: cenſebitur electus, qui primò fuit approbatus. Vndè, ſi qui in quacumque electione præualere debet, omnia vota habeat: erit electus, abſque eò quòd vlteriùs procedatur. In caſu verò nullitatis; cùm ſcilicet trina vice repetita, Generalis vel Zeloſus, non eligetur à pluralitate totius Capituli Generalis, deuoluetur Electio ad Summum Pontificem.

Nullitas Electionis.

Pœna contra ambientes.

13. Prædictis omnibus non obſtantibus, in ſuo vigore permanebunt, Conſtitutiones Pontificiæ, contra ambientes dignitates, Prælaturas & Officia quæcumque: cum pœnis & cenſuris, in illis, contra ambientes inflictis. Ad quos, ſicut & huic ſtatuto contrauenientes, conuincendos; ſcientes, & Superioribus non reuelantes; admittentur teſtes ſingulares: qui admittuntur, contra proditores Reipublicæ, & de Simoniæ labe ſuſpectos. Cùm ambientes, ſi qui ſint, & huic Conſtitutioni contrauenientes, Religionis ſint proditores, & ſæpè Simoniaci.

Teſtes ſingul: ad illos conuinc.

c.1. Barchin.14.

Fructus, *qui ex hac Electionis forma orirentur, ſunt.* Primò, *omnimoda libertas in eligentibus, ideóque validitas & Electionum.* Secundò,

Secundò, *radicum ambitionis & prensationis, omnimoda præscisio.* Tertiò, *inimicitiarum occasionum amputatio.* Quartò, *Religiosorum quies maxima.* Quintò, *fortè peccatorum multorum vitatio: sibi enim blandiri possunt multi; & innumeris distinctionibus ita docti fieri; vt, illorum iudicio, quomodocumque se in Electionibus habeant, vix incidere poßint in pœnas, contra ambientes latas; ne in foro quidem conscientiæ. Possent & reperiri, qui attendentes facilitatem ab illis emergendi, quæ in praxi est; non multùm vererentur, in illas incidere. Quod tamen facerent, mediis pœnis hîc appositis.* Sextò, *promptior Electionum conclusio. Plus enim temporis teritur in faciendis quatuor schedulis; quàm requiratur, vt hoc modo votent viginti.* Denique, *hac posita constitutione & forma eligendi, nullus abusus sequi potest, cui non latiorem viam sternat, eligendi forma qua vtimur. Vndè, nouo huic eligendi modo, solos illos aduersaturos credo, quos ab officiis arcere debet incapacitas. Vel, qui capaces, successores speciales amicos meditantur eligere: vt paternam velut hæreditatem, poßideant Sanctuarium Dei. Si talia tamen monstra parit Europa Religionis.*

In casu paritatis vocum, trina vice repetita, Electio Correctoris deuoluitur ad Capitulum Prouinciale: Prouincialis, ad *Paritas vocum.*

Generalem: Generalis ad summum Pontificem. Et interim, per Capitulum Generale, via scrutinij, eligatur ex corpore Capituli, aliquis qui in præfato Capitulo præsideat, & toti Religioni præsit: eáque faciat, quæ faceret Generalis, vsque ad prouisionem Summi Pontificis. Quòd si in hac electione, adhuc esset paritas vocum, trina vice repetita, vnus ex antiquioribus Prouinciis, Prouincialis vel Commissus, præsideat & præsit, vt præmittitur.

1571. *c.4. Valent. 25.*

Non determinatur autem clarè, & sublatis omnibus difficultatibus, quis debeat in Vicarium Generalem assumi, in casu nullitatis Electionis Vicarij, trina vice repetita: cum dicitur, Vnus ex antiquioribus Prouinciis, Prouincialis vel Commissus, præsideat, & toti Religioni præsit. *Quis enim ille erit? Cuius Prouinciæ? Prouincialisne an Commissus? Sublatæ forent difficultates omni ex parte, si statueretur,* Antiquior Prouincialis Nationis, in qua celebratur Capitulum Generale præsideat, & toti Religioni præsit. *Nulla habita ratione Prouincialis Prouinciæ, in qua celebratur, vel Correctoris Sanctissimæ Trinitatis, dum celebratur Romæ.*

Electio Correct. Inhibetur cunctis Prouincialibus & eorum

tum Vicesgerentibus, ac eorum Collegis, ne vllo modo præsumant interesse Electionibus faciendis de Localibus Correctoribus:sed liberum sit Capitulo Locali, suo tempore & loco, electionem sui Localis Correctoris facere, absque interuentu aliquorum prædictorum Superiorum & Collegarum. Ob hoc tamen non intendũt Patres, ligare manus Reuerendissimo Patri Generali, quin possit, si voluerit, interesse prædictis Electionibus:cùm ex statuto nostri Correctorij, liceat Patri Generali, interesse Capitulis Prouincialibus, ita quòd nullus contradicere possit: multò magis poterit Electionibus Localibus interesse. Cùm consequens sit, si de quo magis, ergo & de quo minus. Et idem de Vicesgerentibus. *c.4. Valent.26.*

faciẽda absque interuẽtu Prouincialium & Colleg.

1571.

In quorumcumque Superiorum Electione, primò omnium, (*intellige, post Capituli legitimationem,*) à Superiore qui præest in Capitulo, debet fieri protestatio, de non admittendo excludendum, nec excludendo admittendum. Deinde, absolutio à censuris ad cautelam, ad effectum duntaxat Electionis faciendæ: hoc modo. Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis, interdicti, siue suspensionis, inquan-

Protestatio & Absol. à cens.

tum se extendunt priuilegia, vel gratiæ Ordini nostro concessa, vos omnes absol-
1581. uo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
1584. sancti. Amen. *c.* 1 *Barchin.* 2. *c.* 5 *Genu.* 2.

In ea vocem habẽtes. Sacerdotes ordinati, etiam nondum celebrantes, modò non sit per ignorantiam, vtramque vocem habent in Electionibus: ideóque possunt eligere & eligi. *c.* 1.
1581. *Barchin.* 11.

Inductiones & practicæ indebita. Cùm ex inductionibus & practicis indebitis, libertati Electionum Ordinis plurimùm detrahi possit: & turbationes, plurimáque scandala Ordini oriri, sinceritásque nostri status plurimùm lædi: prohibent Patres, ne quis Superior aut subditus, pretio, promissione, vel comminatione, inducat alium ad eligendum aliquem. Qui autem secus fecerit, si Prælatus sit, ab officio priuetur. Subditus verò, per triennium omni officio Religionis careat, & vtraque voce: nisi per Capitulum Generale rehabilitetur. Quod si sciens, non reuelauerit huiuscemodi negotiationẽ Prælato, eidem pœnæ subiaceat. Inquiri etiam poterit, propter naturam peccati, quod in Reipublicæ detrimentum vergit, contra huiusmodi facinorosos, vt proceditur contra proditores Reipublicæ. Quod est,

singula

ſingularium teſtium denunciatione, ad inquirendum & torquendum. *ibid.* 14.

Fratres noſtri Sacerdotes, poſt trienniũ profeſſionis, poſſunt emittere votum in Electionibus, abſque licentia in ſcriptis. Iíque laudabiliter vixiſſe cenſendi ſunt; contra quos, intra talem terminum, non eſt reclamatum: ſecus ſi fuerit reclamatum: tunc enim poterunt Prouinciales in ſuarum viſitationum Definitionibus, eos ore tenus approbare. *c.* 5. *Valent.* 21. 1593.

Poſt trienniũ qui vocem habeant.

Conſtitutio Capituli 2. Aueniorenſ. 21. qua ſtatuitur, vt ſi ſecunda vice non ſit Electio, tunc, alta voce, illi duo nominentur, qui plura vota habuerint, vt ex duobus illis, alter, & non tertius, tertia vice via ſcrutinij aſſumatur: fuit reuocata in *c.* 2. *Barchinonenſ.* 25. vbi ſtatuitur, vt ſtetur antiquæ conſuetudini. Docuit enim rerum magiſtra experientia, quòd ſtante ſtatuto cap. 2. Auenionenſis, ij qui plura vota habebant, in duobus prioribus ſcrutiniis, non poterant in tertio ſuum votum emittere, ſi eſſent de corpore Capituli: cùm, in tali ſcrutinio, deberent Electores, ex illis vnum eligere, vt ibid. dicitur. 1602.

L 3 *Hon*

Hoc adnotare bonum duxi, vt si cui proponatur statuti prædicti, Cap. Auenionensis obseruatio, non hæsitet super illud, vt meipsum aliàs hæsitasse memini: sed illius statim reuocationem proferat.

Electio per compromissum. Capitulum Generale, potest committere aliquibus Patribus, V. G. Generali, Collegis ipsius,& Zeloso, Electiones quorumdam Prouincialium, Correctorum & similium,in Capitulis Generalibus faciendas.*c.Maßil.*54.

1611.

Arcendi. Electionum tempore,possunt arceri inhabiles,ab Electionibus. *Vide* Priuationes.

Tempus Electionis. Electionis tempus, non potest prolongari à Prouinciali, quando illud est præfixum in Regula. Potest tamen per tres menses,*à die vacationis.Peirin.de subdito.q.*1. *c.*31. in casu mortis, priuationis & similium:ídque,in omni Electione.*c.*6.*Rom.*14.

1617.

Excepta electione Vicarij Prouincialis in casu mortis, quæ debet fieri ad minus intra mensem.*c.*3.*Barchin.*14.

1629.

Non dicit, debet, *sed,* potest. *Ex quo Colligo,quòd mortuo,V. G. Correctore,possunt vocales Conuentus,illo tamen sepulto,ad noui Correctoris Electionem statim procedere, inconsulto Prouinciali: cuius erit duntaxat, noui Correctoris confirmare Electionem: nullibi enim reperitur*

tur illum debere consuli.

Electiones Correctorum, fieri debent in vniuersa Religione, decima quinta die Septembris. *c.6. Rom.16.* *Electio Correctorum quando facieda.*

In casibus dubiis, admitti possunt ad Capitulum, ex gratia & nemine discrepante, qui non sunt vocales legitimi. *c. 6. Rom.14.* *Admittendi ex gratia.* 1617.

De iure communi, possunt admitti ad Electiones, qui non sunt de corpore Capituli, nemine tamen refragante, & ex gratia: vt probant Nauarrus lib.5.consilior.de Simonia,consil.9. & Passarellus in Scholiis ex Auenion. c. 2. de Electione,dub.6. Sed nunc, facultas hæc, limitatur ad casus dubios, in hoc c.6. Rom. Quod & gaudens reperi apud Peirinis, tomo 1. de Subdito, q.1.c.31.§.8. conclus.9. Cùm quo, indubitanter concludo, quòd, in casibus non dubiis, non debent, nec possunt admitti, ad actus Capitulares, qui non sunt de corpore Capituli, etiam si nè vnus quidem reluctetur. Ideóque, cùm constet, Superiorem non habere ius nominandi Commissum, nisi ex defectu Electionis trina vice repetita. c. 6.Genu. 28. vbi sunt tantùm tres vocales, cùm illi non poßint ad Electionem Commißi procedere, vt determinatur c.7. Rom.46. Corrector non potest vnum ex sui Conuentus Sacerdotibus in Commissum nominare: & si nominet, ille

non debet admitti, nequidem ex gratia. In re enim tam euidenti, dubia fingere, est manifestè statuta deridere. Non enim dicit c. Rom. citatum, in casu quo sunt tantùm tres Electores in Conuentu, Correctorem debere nominare Commissum: sed simpliciter, tres Electores non posse Commissum eligere. Innuens, in illo casu, nullum Commissum talis Conuentus posse ad Capitulum Prouinciale accedere, vt patet.

Trimestris inceptio. Trium mensium tempus, computandum est à die 15. mensis Iunij: ita quòd, nullus possit admitti ad Electiones Correctorum Localium, & Commissorum, nisi qui personaliter obedientiam Localitatis suæ intimauerit Correctori, & Capitulo Conuentus, cuius constituitur Localis; & Conuentus à quo recedit; ante prædictam decimamquintam Iunij. *cap. 3. Barchin.* 18.
1629.

Suspicor, hoc statutum non fuisse fideliter impressum. Licèt enim rationi maximè sit consentaneum, vt qui admittendus est ad Electiones, ante 15. Iunij personaliter Obedientiam Localitatis suas intimet, Capitulo Conuentus, cuius Localis constituitur: est tamen prorsus alienum à ratione, obligare Conuentualem Romanum, V. G. Parisiis existentem, & Conuentualem ibi factum Prouinciæ

uinciæ Parisiensis, ad redeundum Romam; ad hoc solùm, vt suæ nouæ Localitatis obedientiam, personaliter intimet Capitulo suæ Localitatis pristinæ: maximè ante dictam diem 15. Iunij. Ad primum ergo solùm, cap. Barchin. obligare concludo. Et, si ad secundum: cum hoc grano salis intelligatur, quando qui Conuentus alterius fit Localis, in Conuentu suæ primæ Localitatis, vel in loco vicino, suæ Localitatis nouæ obedientiam recipit.

Electio Generalis.

Singulis trienniis, in festo Dominicæ Ascensionis, in Capitulo Generali, per Correctorem Generalem, singulos Vigiles & Prouinciales, cum suis Collegis, seu Sociis & de cũctis Prouinciis duos Commissos, ex omnibus Commissis cuiuslibet Prouinciæ, ex huius Ordinis vniuersitate, vnus maturè eligatur, in Generalem Correctorem: veluti seruus bonus, & fidelis, honestus, virtuosus ac prudens, pro tribus duntaxat annis sibi inuicem subsequentibus, prouidè constituendus: omni sinistro fauore, ac liuore prorsus seclusis. *R. F.* 45. *Vide* Capitulum Generale. *Quando à quibus, & de quo facienda.*

Generalis moriens, non potest condere *In casu mortis.*

testamentum, & alium suo loco, in Vicarium Generalem substituere: vt olim fie-
1520. bat. *c. Parisiense* 9.

Propositum fuit, an in casu mortis Generalis, standum esset in numero electorum, iam in aliis Capitulis deputatorum: an idem numerus esset augendus. Variis hinc inde discussis rationibus, tandem negotium remissum fuit R. P. Generali, qui vnà cùm suis Collegis, consulto etiam Illustrissimo Protectore, determinaret quid
1623. esset agendum. *c.*7.*Rom.*27.

Idem Generalis, Reuerendissimus scilicet P. Aegidius Camart, Prouincias etiam Ordinis consuluit, in proximis Capitulis Prouincialibus. Et in Capitulo Prouinciali, Lugduni eodem anno celebrato, iustum & aequum visum nobis fuit consilium, quod ad eundem Reuerendissimum his verbis misimus.

Visum est Patribus, æquum & rationi maximè consonum; in casu mortis Reuerendiss. P. Generalis: cum Collegis illius, duos Prouinciales cuiusque Nationis, & duos Commissos, successiuè, ad electionem noui Generalis pergere debere: incipiendo ab antiquioribus Prouinciis. Ita tamen, quòd Prouincialis Prouinciæ, in qua R. P. Generalis diem extremum claudet, pro vno ex duobus suæ Nationis computetur, & Corrector Conuentus, pro vno ex duobus Commissis. *Quod, an concordet sequenti decreto,*

quod

quod postea à Summo Pontifice emanauit, iudicet prudens Lector.

FORMA ELECTIONIS VICARII GENERALIS, ORDINIS MINIMORVM, in casu mortis Generalis.

VRBANVS PAPA VIII. ad perpetuam rei memoriam. Vt ea quæ pro personarum quarumlibet, præsertim Regi seculorum obsequiis, sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium, prospero, fœlicíque regimine facta fuisse dicuntur; firma perpetuò, & illibata persistant: libenter, cùm à nobis petitur, Apostolicæ confirmationis patrocinio communimus; provt conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè nomine dilecti filij Ægidij Camart, Correctoris Generalis Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, nobis nuper expositum fuit, quòd aliàs, pro fœlici eiusdem Ordinis directione; & præsertim illius Vicarij Generalis Electione, nonnulla statuta condita fuerunt tenoris subsequentis, videlicet,

Primò statutum fuit in Capitulo Generali eiusd. Ord. habito Paulæ anno 1535. authoritate Apostol. confirmato. Quòd si contingeret (quod Deus auertat) Reuerend. P. Generalem diem claudere extremum: fiat de Vicario Generali Electio, per eiusdem Generalis Socios, cum R. P. Prouinciali illius Prouinciæ, in qua morietur: vel proximioris, si extra Prouinciam quamcumque moriatur: ac Sociis illius, & Correctore 1535.

rectore Locali, vbi morietur, vel proximioris Conuentus. Qui omnes ſimul prædicti Electores, de toto gremio Religionis, vnum in Vicegeneralem, vſque ad proximum Capitulum Generale celebrandum, eligant: ita tamen, quòd nullus prædictorum eligentium, ad prædictum officium aſſumi valeat. Hic autem in prædictum Vicarium etiam pro quocumque tempore aſſignatus, in Generalem, immediatè & poſtmodum reeligi & deputari valebit.

Deinde in vltimo Generali Capitulo eiuſd. Ordin. habito Romæ, in Conuentu Sanctiſſ. 1623. Trinit. anno 1623. ſeſſ. 10. quæſitum fuit: an in caſu mortis Generalis (quod abſit) ſtandum eſſet in numero Electorum, iam ab aliis Capitulis deputatorum: an potiùs idem numerus eſſet augendus. Et variis hinc inde diſcuſſis rationibus, tandem negotium remiſſum fuit P. Generali: qui vnà cum ſuis Collegis, conſulto etiam Illuſtriſ. Protectore, determinaret quid eſſet agendum. Quapropter, facta circa hoc matura conſideratione, provt infra ſtatuendum, conſentaneum duximus.

Mortuo Gener. quis Vic. vſque ad Electionem.

1. Patre Generali claudente diem extremum, continuò, antiquior ex Collegis qui tunc præſentes aderunt, accipiat vtrumque Sigillum Ordinis, & Vice-generalis fungatur officio tantiſper, donec à Patribus Electoribus, ad Electionem Vicarij Generalis procedatur.

Monendi Prouinc. de morte Gener.

2. Præfatus P. Collega, in Vicarium inſtitutus; vt primùm mors P. Generalis acciderit, notam illam faciat omnibus Prouincialibus Ordinis: tum, vt debitæ orationes & ſacrificia pro

pro anima defuncti, offerantur: tum, vt Electores futuri Vicarij Generalis, præparent se ad Electionem faciendam.

3. Quandiu sedes Generalis vacabit, non poterunt Collegæ vllam Visitationem facere: neque instituere vllos Prouinciales, aut alios Superiores: neque illos deponere. Non poterunt etiam vlla statuta condere, vel aliquem Fratrem priuare, aut rehabilitare: neque vllam rem magni momenti expedire: sed omnia reseruabuntur Vicario Generali futuro. Poterunt autem vrgentia negotia, vt quæ celerem resolutionem requirunt, expedire: Fratrésque scandalosos punire. *Potestas Colleg. sede Gener. vacante.*

4. Ex qualibet Natione, Italiæ, Galliæ & Hispaniæ; quatuor Patres coueniant ad locum destinatum, cum tribus Patribus Collegis Generalis prædefuncti: vt eligant simul, Vicarium Generalem: nempe, duo Prouinciales & duo Commissi, ex qualibet Natione. *Electores Vicarij Generalis.*

5. Porrò, Prouinciales assumentur, secundùm Ordinem antiquitatis Prouinciarum, mutando de sexennio in sexenniũ, iuxta seriem dictarum Prouinciarum. Exempli gratia; in hoc sexennio habebũt ius Electionis pro Italia, PP. Prouinciales S. Francisci & Messanæ: pro Gallia, Turonensis & Franciæ: pro Hispania, Granatẽsis & Castellæ. In futuro autem sexennio, duo alij Prouinciales, Prouinciarum proximè succedentiũ, in qualibet Natione, secũdùm antiquitatem: & ita deinceps, de sexennio in sexẽniũ; donec impleatur numerus Prouinciarũ cuiuslibet Nationis. Poterũt autem Prouinc. quibus continget in suo ordine, interesse Electioni *Quo ordine assumendi Prouinciales.* *Eorum substitutio.*

Vicarij

Vicarij Generalis, causa euidentis infirmitatis, substituere Vicarium; provt fit in Capitulo Generali.

Colleg. Gener. 6. Similiter, si PP. Collegæ Generalis, vel illorum alter morbo aliquo ita detineatur, vt non possit adire locum ad Electionem destinatum: poterunt substituere aliquem Patrem idoneum, ex illa Natione, cuius sunt Collegæ: qui literis authenticis munitus, ius habebit in Electione.

Commissi. 7. Commissi verò, non assumentur ex eisdem Prouinciis, ex quibus Prouinciales venient ad Electionem: sed ex duabus Prouinciis proximè succedentibus, ad hoc vt plures cuiuslibet Nationis, concurrant ad Electionem Vicarij Generalis.

A quibus eligendi. 8. Ipsi verò Commissi, eligantur respectiuè in suis Prouinciis, à Prouinciali, Collegis, & Definitoribus Prouinciæ: veniántque ad locum deputatum, muniti literis authenticis suæ deputationis.

Corrector Cōuent. in quo moritur Generalis. 9. Cæterùm, si P. Generalis decedat in aliquo Conuentu, Superior illius Conuentus veniet ad electionem Vicarij Generalis futuri. Et tunc, pro illa Natione, in qua est ipse Corrector, non eligatur nisi vnus Commissus: nempe in antiquiori Prouincia ex duabus quæ veniunt in ordinem, ad hoc vt votorum sit paritas in qualibet Natione. Et Prouincia in qua non fiet electio, pro hac vice carebit suo voto, ita vt, in subsequenti sexennio assumantur Commissi, ex aliis duabus Prouinciis immediatè subsequentibus.

10. Si

10. Si verò contingat P. Gener. mori extra Conuentum, vt putà in itinere, vel in mari, vel in alio quouis loco, secundùm quod frequenter accidit, inter immensa pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus vicinioribus loci decessus, huiusmodi intererit Electioni, sed tantùm Prouinciales & Commissi. *Si Gener. moriatur extra Cõuent.*

11. Quanquam verò Commissi, nullo modo assumi debeant ex eisdem Prouinciis, ex quibus Prouinciales votum habebunt in electione. Nihilominus, P. Corrector Conuentus, in quo obierit R.P. Generalis, semper votum habeat, etiam si reperiatur in illa Prouincia, in qua continget Prouincialem esse vocalem. *Correct. Cõuent. in quo moritur Generalis.*

12. Vt autem tota Religio noscat, quinam ex Prouincialibus & Commissis, debeant habere votum pro futuro sexennio, in Electione Vicarij Generalis, causa mortis: in quolibet Generali Capit. inter reliqua statuta, ponatur huiusmodi decretum. Si contingat R. P. Generalem diem obire (quod Deus auertat) pro futuro sexennio hi erunt Electores Vicarij Gener. vnà cum PP. Collegis defuncti Generalis: nempe pro Natione Italica, PP. Prouinciales talis & talis Prouinciæ: & talis & talis Prouincia, mittent suos Commissos. Pro Natione Gallica, talis & talis Prouincialis; & talis & talis Prouincia, mittent suos Commissos. Pro Natione verò Hispanica, talis & talis Prouincialis, & similiter, talis & talis Prouincia suos Commissos destinabunt. Et hoc inuiolabiliter seruabitur, in futuris Capitulis General. *Notificatio Electorũ in Cap. Gener.*

13. Spectabit autem ad P. Collegam, cui *Notificatio in* commissa

quo mortuus est Gener. commissa erunt sigilla Religionis,dum significabit mortem Generalis , omnibus Prouinciis Ordinis,simul etiam notificare Conuentum in quo prædictus P. Generalis obierit: vt sciatur, quòd Superior illius Conuentus, debet habere votum in Electione: & quòd proindè , in illa Natione in qua situs est ille Conuentus , non debet fieri Electio, nisi vnius Commissi : nempè in antiquiori Prouincia , ex duabus illis quæ veniunt in vice sua : quoniam Superior Conuentus,cùm sit eiusdem Nationis , supplet pro altero Commisso. Si verò extra Conuentum obeat P.Generalis,& hoc ipsum notificabit prædictus P.Collega Generalis: vt sciant quælibet Nationes,sibi deligēdos esse duos Commissos.

Electio, quando fiet Romæ, & in quo Conuentu. 14. Si P. G. diem claudat extremum Romæ, Electio fiet Romæ, & illuc omnes Electores conuenient : ita quòd, si moriatur in Conuentu Sanctiss. Trinit. P.Corrector illius Conuentus votum habebit in Electione, & computabitur pro Natione Gallica. Si verò in Conuentu S.Andreæ, vel S. Francisci,Superior illorum respectiuè Conuentuum , votum habebit pro Natione Italica. Porrò , in quocumque horum trium Conuentuum obierit P. G. in eo conuenient PP. Electores , ad faciendam Electionem Vicarij Generalis.

Zelosus quando habebit votum. 15. P. Zelosus, votum habebit in Electione Vicarij Gen. in quocumque Conuentu Romano decesserit P.G. Quo casu, Natio illa,de qua est P.Zelosus , non mittet alium Commissum. V.G.si P.Zelos.est Italus;& P.G.diē claudat in Conuentu S.Andreæ, vel S.Francisci, Superior illius

illius Conuentus,& P. Zelosus, erunt Electores. Et cùm sint ambo Itali, Prouinciæ Italiæ quæ deberent eligere Commissos, non eligent pro hac vice. Si Gallus fuerit, & P. G. obeat in Conuentu Sanctiss. Trinit. Corrector & Zelosus, similiter erunt Electores, & ex Gallia non mittentur Commissi. Si Hispanus, tunc vnus tantùm Commissus veniet ex Hispania: nempè, is qui eligetur ex antiquiori Prouincia, ex duabus, vt suprà dictum est.

16. At si contingeret, P. G. obire extra Romam, vt puta dum visitat Prouincias; conueniant omnes Electores, ad Conuentum commodiorem pro Nationibus. Exempli gratia, si decedat P.G. in Italia, omnes Electores veniant ad Conuentum Genuensem, qui est in confinio Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ. Si in Gallia decesserit, Electio fiet in Conuentu Massiliensi, qui est vicinior aliis Nationibus. Si in Hispania, conueniant ad Electionem, in Conuentu Barchinonensi. Et hoc semper seruetur pro regula, in omnibus futuris electionibus Vicarij Generalis. *Electio quando fiet alibi, & vbi.*

17. Quia verò, Ordo valdè extensus est; & oportet aliquod temporis spatium, ad hoc vt mors P.G. toto Ordini innotescat: dabitur spatium quinque mensium, à die obitus P. Gener. vsque ad diem Electionis. Sufficient enim duo menses, ad notificandam mortem toto Ordini: & reliquum, ad hoc vt Electores conueniant ad locum Electionis. *Quo tempore*

18. Spectabit ad P. Collegam Gener. qui in manibus habebit sigilla Religionis, eodem *Indictio diei &*

M tempo

loci Electionis, à quo, & quãdo facienda. tempore quo significabit mortem Generalis, simul etiam indicere tempus, & diem ac locum suprà determinatum, futuræ electionis. Ita quòd semper sint quinque menses integri, inter obitum & diem electionis. Prouinciales verò & Cõmissi, sub pœnis iisdem, quæ sunt statutæ contra eos qui non intersunt Capitulis Gener. sint obligati; statuto tempore præsentes esse, in loco, in quo fieri debet Electio futuri Vic. Gen. Si qui verò fuerint absentes, elapso tempore præfinito: continuò, præsentes procedant ad electionem, ampliùs non expectando.

Præses Capit. Electionis. 19. Quando omnes Electores conuenerint, præsidebit in Capitulo P. Collega Generalis, cui commissa erunt sigilla Ordinis: absque aliquo respectu Prouincialium.

In ex eligibiles. 20. Omnes Electores sic coadunati, poterunt ex toto Ordine eligere in Vicarium General. quem magis idoneum iudicauerint: etiam ex corpore ipsorum Electorum, si qui inter ipsos magis capaces, & ad hoc officium magis idonei reperiantur.

Electi potestas. 21. Qui verò Electus fuerit in Vicarium Generalem, statim fungetur officio suo, secundùm exigentiam negotiorum, iuxta priuilegia eiusdem Ordinis: sicut hactenus factum est.

Electionis Electi notificatio. 22. Statim atque facta fuerit electio Vicarij Generalis, curabunt PP. Electores, vt notificetur per omnes Prouincias Ordinis: & ideò, mittent ad omnes PP. Prouinciales, authenticas literas Electionis à se factæ.

Expensa Con- 23. Iustum est, vt PP. Collegæ Generalis, conue

conueniant ad locum Electionis, expensis suarum respectiuè Nationum. Patres verò Prouinciales & Commissi, expensis suarum Prouinciarum; sicuti fit in Capitulis Generalibus. *uenientium ad Electionem.*

24. Si P.Generalis obeat, post expletum quadriennium sui officij: tunc ij eligent Vicarium Generalem, qui iam olim deputati fuerunt à Capitulo Generali Paulitano: quibus adiungentur P. Prouincialis vicinioris Prouinciæ, cum suis PP.Collegis, vt maior sit votorum numerus. Si verò fuerit discrepantia, quænam sit vicinior Prouincia; tunc, posita æquali distantia, antiquior Prouincia, votum habebit. *Quid si Gener. obeat, finito quadriennio officij.*

Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat; Ægidius prædictus, plurimùm cupiat, statuta huiusmodi, pro firmiori illorum subsistentia, & inuiolabili obseruatione, Apostolicæ nostræ Confirmationis robore communiri. Ideò, nobis totius Ordinis prædicti nomine, humiliter supplicari fecit, vt desuper opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, eiusdem Ægidij desideriis in præmissis annuere, illúmque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes; & à quibusuis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, aliísque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à Iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis; si quibus quomodolibet innodatus existit; ad effectum prǫsentiũ duntaxat consequẽdum, harum serie absoluentes, & absolutũ fore censentes huiusmodi supplicationib. inclinati; De

Venerabilium Fratrum nostrorum S. R.E. Cardinalium, Sacri Concilij Tridētini interpretum consilio, statuta præinserta huiusmodi (ita tamen vt à Cap.Gen. eiusd. Ordin. proximè celebrando rursus examinentur, atque approbentur; alioquin ex eo tempore præsens Confirmatio nulla prorsus atque irrita sit) Apostolica authoritate, tenore præsentium, perpetuò approbamus & confirmamus: illísque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus: ac omnes & singulos tam Iuris quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus. Ipsáque statuta, in prædicto Ordine, si ab eodem Capitulo denuò examinata, & probata fuerint; vt petitur, perpetuò obseruari debere: irritúmque & inane, si secus super his à quocumque, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterísque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 29. Maij, 1624. Pontificatus nostri anno primo.

Accepiata. Hæc forma Electionis Vicarij Generalis, in casu mortis, emanata primùm à Reuerendissimo P. Ægidio Camart Generali, vnà cum suis Collegis: consulto Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali, Ordinis Protectore: & confirmata autho-

ritate

ritate S.D.N. Vrbani VIII. ea conditione; vt in Capitulo Generali probarentur, an essent Ordini vtilia, quæ super hoc stabilita sunt, in præfata forma; fuit ab omnibus, vt vtilis iudicata, & acceptata: & statutum, vt deinceps obseruaretur. *c.* 3. *Barchin.* 12. 1629

Si Generalis moriatur in Conuentu Romano, illius Collegæ, cum P. Zeloso, Correctore, vel Vice-Correctore, cum tribus ipsius Senioribus; alium in Vice-Generalem sufficere habebunt. *c.* 3. *Rom.* 12. 1523

Huic casui, non fuisse prouisum in præcedenti decreto, mihi videtur: si enim Generalis moriatur. Romæ, expleto quadriennio sui officij, qui erunt Electores Vicarij Generalis? Non aßignati à Capitulo Paulitano, cùm in nulla Prouincia fuerit mortuus Generalis, nec etiam extra Prouinciam, cùm in Conuentu. Mori enim extra Prouinciam, credo esse mori in mari: vel inter duas Prouincias: vel vltra, vel citra omnes, extra quemlibet Conuentum: quæ in Conuentibus Romanis locum non habent. Item, Capitulum Paulitanum non nominat Zelosum inter Electores Vicarij Gener. quod arguit, ipsum loqui de casu in quo Generalis moritur ita extra Prouinciam, vt moriatur extra Romam. Nec est credibile, illud Capit. noluisse tunc electionem remit-

tere Zeloſo, quam minimi Conuentus Correctori remittit: maximè cùm Zeloſus vocem habeat in Electione Generalis, cùm Capit. Gener. Romæ celebratur. Crediderim itaque, ſtandum eſſe ſtatuto præcedenti. c. 3. Rom. 12. adiunctis ibi nominatis, Prouinciali proximioris Prouinciæ, & ipſius Collegis: ſi Generalis Romæ moriatur, poſt exactum quadriennium.

Vbicumque autem diem claudat extremum expleto quadriennio, obſeruari debet ſequens ſtatutum: difficultatem enim in eo enodatam, nec
1532. *Capit. Paulit. nec decretum illud attingit.*

Si moriatur Generalis; in Prouincia in qua morietur, euocabuntur Electores, expenſis ſuarum reſpectiuè Regionum. *c. 1. Genu. 18. Ideóque, in Conuentu, in quo mortuus fuerit; cùm Corrector illius, ſit vnus eligentium. Ideóque & in Couētu Rom. ſi in eo mors accidat.*

Sed quid *ſi moriatur in paruo Conuentu, quid regitur à Vicario amouibili? Nec dubiū hoc ſoluitur in eodem decreto.* Reſpondeo, *cùm in illo Conuentu, talis Vicarius, ſit Correctoris loco: debet vocem habere, in electione Vicarij Generalis: nec recurrendum eſt ad Correctorē proximioris Conuentus. Si enim Vicarius Correctoris Romani Conuentus, vocem habet in illa Electione, ex præcedenti ſtatuto c. 3. Rom. 12. cur non Vicarius Conuentus noui? cùm poſſit accidere, quod ille à ſolo Correctore fuerit nominatus, (neque*

enim

enim distinguit prædictum statutum) hic autem nominatus sit à Prouinciali, eiúsque Collegis? cúmque nomine Correctoris, Capitula Generalia Superiorem Localem intelligere, sit magis rationi consentaneum, quàm Correctorem stricto modo sumptum? Cùm denique, in Conuentuum nouorum Vicarios, assumi debeant Prouinciæ digniores, ad illos stabiliendos & ampliandos, potiùs quàm in Conuentuum ampliatorum Correctores? Adde c.1. Gen. 18. clariùs explicans statutum, quod in Cap. Paulit. postea fuit innouatũ; dicere, Correctorem habere vocem in Electione Vicarij Generalis, si Generalem in Conuentu mori contigerit. *Ergo si moriatur in Conuentu in quo non sit Corrector, Conuentus Vicarius, quicumque ille sit, vocem debet habere in dictâ Electione, ac si esset Corrector: cùm in illo, non sit aliùs Corrector, seu Correctoris officiò fungens, præter Vicarium. Item, præcedens decretum n. 9. dicit, quòd* si Generalis moriatur in aliquo Conuentu, Superior illius Conuẽtus, veniet ad Electionem Vic. G. *innuens quemcunque Superiorem talis Conuentus, in illâ Electione vocem habere. Hanc tamen conclusionem intelligo de illo qui fuit Vic. dicti parui Cõuentus, quo tempore Gen. cœpit in eo infirmari: ne Electionis Vic. G. tẽpore, Prouincialis Prouinciæ, Vicarium alium eius locò, in ordine ad illam Electionem, ad libitum substituat.*

Electio Prouincialis.

Quando & à quibus facienda. Correctores Prouinciales, de triennio in triennium, innouentur, in conuocationibus, die penultima mensis Septembris, vbi expedierit, annuatim assignandis, & capitulariter eligantur. *R.F.*48. *Vide* Capitulum Prouinciale.

De triennio in triennium, in qualibet Prouincia, per Locales Correctores, & Commissos vniuscuiusque Prouinciæ, fiat cuiuslibet Prouincialis Electio: vbi, per aliud nouissimè præcedens, Capitulum Prouinciale fuerit assignatũ. *Cor.*101.

Electio Prouincialis à Gener. facta in casu nullitatis. In casu nullitatis Electionis Prouincialis, siue propter defectum, siue propter paritatem vocum: deuoluitur Electio Prouincialis ad Generalem, cum suis qualitatibus. Ideóque, prouisio, seu Electio ab ipso facta, durat, non solùm vsque ad proximum Capitulum Prouinciale Intermedium, sed per integrum triennium. *cap.* 2.
1599. *Auen.* 11.

In casu mortis. Prouincialis moriens, non potest condere testamentum, & alium suo loco in Vice-prouincialem constituere: vt olim
1523. fiebat. *c.*3. *Rom.*11.

Debet ergo in casu mortis, eligi Vica-

rius

rius Prouincialis, à Collegis defuncti, & à Correctore Locali, vel proximioris Conuentus: si extra Conuentum Prouincialis obierit. *ibid. & c.* 1. *Genu.* 19. *c. Paulit.* 38. Hæc nunc intellige, absente Reuerendissimo. Illo verò in Prouincia præsente, debet prædicta Electio fieri ab ipso, cum suis Collegis, simul cum aliis supradictis, vsque ad proximum Capitulum Prouinciale, vel Generale, si citiùs celebretur, *cap.* 6. *Rom.* 14. Idque inclusiuè: *c.* 4. *Valent.* 20. Si autem vota sint æqualia, potest Generalis quem voluerit nominare, tam ex illis electis, quàm ex aliis. *c.* 6 *Rom.* 14. Hæc omnia intellige, etiam in casu depositionis, suspensionis, renunciationis & simil. *ibid.* 1532. 1535. 1617. 1571. 1617. *In casu deposit. renunciat. & similiũ.*

In casu mortis Prouincialis, seruetur respectiuè, forma Electionis Generalis in casu mortis, de qua suprà. Ita quòd, sigilla Prouinciæ penes Collegam antiquiorem remaneant: gerátque ipse Vices Vicarij Prouincialis, præsideátque in Electione Vicarij Prouincialis, facienda ad minùs intra mensem. Nulla tamen authoritate polleat; nec possit castigare, nec obedientiam dare subditis. *c.* 3. *Barchin.* 14. *Sigilla quis tenebit in casu mortis. Vicarius Prouinc. quando Eligendus.* 1629.

Electio Correctoris.

Quādo, vbi, & de quibus facienda. Locales Correctores sensus exercitatos habentes, in Capitulis Prouincialibus annuatim assignētur: facta priùs in quolibet Conuentu ipsorum electione. *R.F.*49.

A quibus. In ipsis etiam annuis Capitulis Prouincialibus; debita fiat definitio cunctorum Localium Correctorum, primitus electorū, per cuiuslibet huius Ordinis Conuentus Fratres vocales, &c. *Cor.* 103. *Vide* Corrector.

Quādiu nōn publicāda. Electio Correctoris, non debet publicari, ante Capitulum Prouinciale. *cap.Tho-*
1514. *los.* 48. sed sufficit, vt Scriba dicat, EST
1571. ELECTIO. *c.* 4. *Valent.*26.

Electi in Prouincialem deuolutio. Electio Correctoris, qui postea eligitur in Prouincialem, non deuoluitur ad Capitulum Locale, sed ad Capitulum Prouinciale. *c.*2. *Valent.*18. Item, quando ob aliquod legitimum impedimentum, Electio
1550. suum non sortitur effectum. *ibid.*

Intellige, si eligentes sint in culpa; vt 1. cùm non eligunt, infra tempus statutum à Iure. 2. Quando omnes peccant in forma Electionis. 3. Cùm eligunt indignum. 4. Cùm non sunt concordes, sed pares in vocibus, & sim. Si autem Electio suum non sortiatur effectum, sine

culpa

culpa eligentium; scilicet, quando electus non vult consentire; vel post consensum, renunciat iuri suo; vel moritur; vel propter occultum eius vitium Electio irritatur: deuoluitur Electio ad priores Electores. Ita declarat Bonif. VIII. c. Si Electio, in 6. de Electione. *Vbi Glossa verbo* Occultum, *ait.* Idem, si propter superueniens delictum, vel factum. *Ex quibus*

Colligo 1. *statutũ c. 3. Barch. 64. quo dicitur,* Si Corrector renunciet Electioni de se factæ, in Cap. Prouinciali; Electio Correctoris huiusmodi spectabit ad Capit. Prouinciale, *manifestè videri esse nullum, & directè contra prædictum constit. Bonif. VIII. Vt quid enim Capit. Locale, iure eligendi, sine culpa priuabitur?* Nec obstat *confirmatio prædicti Capituli; est enim in forma communi, quæ nullum ius nouum confert: nec validat actum, si aliàs erat inualidum: nec vllum præiudicium infert tertio, vt notat Panormit. in cap.* Dudum. de Decimis, *n.* 8.

Nec obstat etiam, *quòd definitio cunctorum Localium Correctorum, fieri debeat in annuis Capit. Prouinc. debet enim fieri talis definitio, non quæcumque; sed Correctorum primitùs Electorum, per cuiuslibet Conuentus vocales. Cor.* 103. Adde, *nullo modo Capit. Prouinciale prouiderè posse de Correctore alicuius Conuentus,*

in

in casu renunciationis: cùm renuncianti debeat dari vnius mensis, ad consentiendum Electioni de se factæ. c. Quàm sit, de Electione in 6. *vbi est sermo, de electo nondum confirmato.*

Colligo 2. *Electionem Correctoris, qui postea eligitur in Prouincialem, videri deuoluendam ad Capitulum Locale: cùm vocalium illius nulla interueniat culpa. Hoc innuit Passarellus, qui in margine statuti præcedentis, cap. 2. Valent.* 18. *vbi contrarium statuitur, posuit; vide cap.* Si Electio, de Elect. in 6. *quod sanè nihil aliud dicit, quàm quod nos; & contrarium nullibi reperitur, nisi in Capitulis Gener. in quibus, statuta fuêre aliqua contra Iura, ideóque ab ipsis detrahenda, vt dicitur. c. 6. Genu. 29. Eadem prorsus ratio militat, de Electione in pluribus Conuentibus electi, & similibus, nisi contraria consuetudo vim legis habeat.*

Quæres, *si Electio suum non sortiatur effectum, absque culpa eligentium, per aliquod tempus duntaxat; ratione belli. V. G. vel pestis, vel ob aliã causam: cuius erit moderari & regere Religionem, Prouinciam, vel Conuentum?* Respondeo, *Electionẽ Generalis vel Prouincialis, non posse non sortiri suum effectum ad tempus. Vel enim Electus consentit, vel non: si hoc, nunquam sortitur: si illud, sortitur statim. Nisi fortè*

dicamus,

dicamus, non sortiri ad tempus, si electus consentiat solùm, post viginti circiter dies. Vel, si facta Electione longißimè absentis, V. G. ad Indias à Summo Pontifice mißi, superueniat impedimentum aliquod, quod obstet ne ipse de Electione sua moneatur, & veniat. Et in his casibus, dico, quòd Electus in Capituli Generalis Præsidem, si sit alius à præterito Generali, praeesse debet, vsque ad consensum, vel aduentum Generalis electi: iuxtà ea quæ statuuntur, in cap. 4. Valent. 25. & habes verbo Electio Generalis. Si autem est præteritus Generalis, qualis fuit, Electus, cap. 1. Valent. 14. non debet vltra annum, vel circa, huiusmodi officium exercere, propter infrà dicenda. Quomodo autem Religioni de Pastore sit prouidendum, Capituli Generalis est determinare, per speciale statutum. Prouincialis verò, qui est in fine officij sui, praeesse debet, donec successor personaliter accesserit, etiam vsque ad Capit. Prouinciale proximè celebrandum; vt statuitur c. 1. Auen. 24. & eadem est ratio de tempore, quo expectatur cõsensus electi. Per Capit. autem Prouinciale, intellige Intermedium; quod sæpè Prouinciale dicitur, vt Cor. 103. Cuius Capituli erit de alio Vicario Prouinciali prouidere: tum quia dictum tempus aßignatur priori Prouinciali, in dicto Cap. Auen. tum propter mox dicenda.

Quoad Correctores; vltra prædictos casus, potest Electio Correctoris, propriè non sortiri suum effectum; si tali Electione facta, non celebretur Capitulum Prouinciale, suo tempore, in quo debet confirmari. Dico itaque, in omni casu, Correctorem qui est in fine officij, officium suum debere exercere per mensem, post festum S. Michaëlis: & illo finito, Capit. Locale de alio Vicario prouidere debere. Prima pars colligitur ex c. 4. Valent. 27. de quo infrà. Secunda probatur ex Cor. 103. vbi dicitur Correctorem reuoluto sui Correctoriatus anno, ad minus per annum debere subiici. At esse Vicarium, seu in officio continuari, non est subiici, sed præesse; vt optimè notat Nauarrus l.1. consil. de elect. consilio 9. Ergo. Probatur 2. ex c. 4. Valent. 30. vbi statuitur, quòd in casu mortis Correctoris, depositionis, & simil. debet à Capitulo Locali eligi in Vicarium, qui anno superiori non fuerit Prælatus: *vbi Prælati nomine venit Corrector, vt dicemus verbo* Prælatus. *Item, Capitula quæ permittunt Correctori exeunti, relinquere Vicarium, illum qui anno præcedenti fuit Corrector; dicũt, hoc debere fieri* per mensem *ad summum, & non vltrà. vt c.1. Genu. 6. & Paulit. 25. Denique c. 5 Genu. 25. ordinatur, quòd Superiores Prælati, possint sibi Vicarios substituere, eos qui triennio præcedenti fuerunt Superiores,* modò

id

id fiat per vnum aut duos menses ad summum, si ita negotium exigat. *Vt enim optimè aduertit Nauarrus vbi suprà, ex contrario sequeretur absurdum; scilicet, quod idem posset esse per totam vitam Generalis, aut Vicarius Gener. & sic nunquam subesse. Si ergo Prouincialis præteritus, solùm per duos menses potest esse Vicarius Prouincialis, an non sufficit, vt Corrector præteritus, per mensem sit Vicarius? maximè cùm nullibi reperiatur, ipsum posse vltra illud tempus Vicariatum exercere?*

Dices, *hoc haberi c. 4. Valent. 27. vbi dicitur, Correctorem non debere ire ad Capitulum Intermedium, sed in officio Correctoriatus perseuerare, etiam post Festum S. Michaëlis, donec successor personaliter comparuerit.* Respondeo, *hoc statutum non debere intelligi vniuersaliter, & in omni casu: sed, vt ex ipsomet patet, de tẽpore quod currit post celebrationem Capituli Intermedij, in quo Corrector electus, fuit confirmatus; vsque ad illius aduentum in Conuentum; quod vltra mensem ad summũ non protrahitur, & si protraheretur, prouidendum esset de Vicario: Non autem de illo, in quo Electio canonica non confirmatur; ideò solùm, quia Capit. Prouinc. non celebratur, de quo præcipuè agimus. Maximè namque absurdum est, cogitare Capitula Generalia voluisse limitare Vicariatus Superiorum Prælat. vt supra vidimus; nõ autẽ Correctorum.*

Et

Et multò absurdius, illa intendere, Correctorem per decem annos V.G. Correctoriatum exercere, si tandiù duraret bellum, pestis, vel aliud, quod obstaret celebrationi Capituli Intermedij. Maximè cùm Capitulum Locale de Vicario possit prouidere, cúmque nihil sit manifestiùs contra Regulam, quàm exacto officio non subiici, vt vrget Nauarrus citatò.

Nec valet effugium Passarelli, dicentis in Scholiis ex Auenion. 24. Superiores qui finito officio remanent Vicarij, esse subiectos quoad potestatem ordinariam, non quoad delegatam: nec de hac, sed de illa intelligendam esse Regulam. Primò, quia vbinam gentium reperitur, intelligendam Regulam, de potestate ordinaria, non de delegata: cùm Regula simpliciter loquatur, & esse Vicarium, sit simpliciter non esse subditum. Certè, si huiusmodi distinctionibus vti licet; qui Regulam clarè nimis loquentem non poterit euadere, dicet æquè fundatus, illam intelligendam de tempore præterito, non de præsenti. Secundò, distinctioni illi, manifestè repugnant præcitata Capitula, Vicariam potestatem Prælatorum, quantumuis delegatam, ad certum tempus limitantia. Tertiò, potestas Correctoris in officio perseuerantis, cùm sit à Lege, à Capitulo Generali scilicet, non est delegata sed ordinaria: maximè cùm non sit Corrector, qui potestatem habens

bens ordinariam, ſuam illi delegauerit poteſtatem. Denique, *quia hac admiſſa diſtinctione, poſſet aliquis ſemper eſſe, aut Generalis, aut Vicarius Generalis: quod quam abſurdū ſit, & contrarium Regulæ, vide Nauarrū ibid. ad longum.*

Dices, *ex citato Capit. Auen. poſſe Prouincialem, tertiam partem Prouincialatus ſucceſſoris, in Vicariatu peragere: cur ergo non poterit Correctør, per tertiam partem Correctoriatus ſucceſſoris, in Vicariatu perſeuerare? Item cap. 6. Genu. 20. & 7. Rom. 54. dicitur; quod Corrèctor finito Correctoriatu, poteſt eſſe Vicarius in nouo Conuentu: & poſt annum Vicariatus, ad quæuis alia officia reeligi. Cur non ergo per quatuor vel ſex menſes, poterit eſſe Vicarius in Conuentu, cuius fuit Corrector?*

Reſpondeo 1. *rationem huius poſterioris ſtatuti, à prædictis Capitulis aßignari: non quòd Vicarius habeat poteſtatem delegatam, ſed quia eſt amouibilis ad nutum Superioris. Corrector autem in officio perſeuerās poſt feſtū S. Michaëlis, vſque ad terminum ſibi præfixum, eſt inamouibilis. Vndè, paruus qui pro nihilo reputatur, iuſtis de cauſis, illi poteſt præfigi; magnus, nō item.* Reſpondeo 2. *ex Nauarri ſententia, citato, dictum ſtatutum non valere; eſt enim contra Regulam: quia, inquit, non deſinit quis eſſe Superior, eò quòd officio poßit priuari.*

N Ad

Ad instantiã de Prouinciali, Respondeo 1. *easdem rationes, contra illam longam perseuerantiam militare.* Respondeo 2. *Prouinc. perseuerantia esse limitatam, Correctoris verò illimitatam, ideóque iniustam. Primam tolerabilem; cùm difficile sit, per annum Capit. Definitorium conuocare, ad solum effectum prouidendi de Vicario Prouinciali; qui fortè, veniente Prouinciali, per tres aut quatuor solùm dies; officio fungetur. Posteriorem intolerabilem, cum Capitulum Locale, quotidiè poßit facillimè, nouũ Vicarium constituere.* Respondeo 3. *Electiones in propositis casibus fuisse confirmatas, ideóque sortitas suum effectum. Non illam Correctoris non confirmati, ob non celebratum Prouinciale Capitulum. Ideóque prouisionem Vicarij, ad illius Electores deuolui, ex prædicta constitutione Bonifacij VIII. Ex dictis*

Collige, *si Capitulum in quo Prouincialis est eligendus, iustis de causis præallatis, non celebretur suo tempore: nouorum Vicariorum esse (citra Summi Pontificis dispensationem) Prouincialem eligere. Probatur, quia ex eodem Nauarro, ibid. Vicarius habet eandem potestatem, ac ille cuius est Vicarius. Vndè, Vicarij Prouincialium ad Capitulum Generale missi, ob legitimum Prouincialium impedimentum, Generalem eligunt. Item c. 3. Rom. 12. dicitur, quod si Generalis Ro-*

mæ moriatur, Vice-correctoris Conuentus Romani erit, inter alios, Vicarium Generalem eligere, ſi non ſit Correctar. Cùm ergo ex Regula, Correctorum ſit Prouincialem eligere: Vicariorum erit, ſi abſint Correctores.

Nec valet dicere, *Correctores vltimi anni cuiuſlibet triennij, habere ius ad eligendum Prouincialem. Regula enim ſolùm dicit, Electionem Prouincialis a Correctoribus eſſe faciendam, abſtrahens à quolibet anno: ideóque innuens, prædictam Electionem eſſe Correctorum actualium, non præteritorum: qui cùm ſint præteriti, Correctores non ſunt. Sic, c. 1. Auenionenſe, celebrarunt nouiter electi Prouinciales; non autem præteriti; vt conſtat ex ſubſcriptionibus Patrum in Capitulis 4. Genu. & 1. Auen. in quibus idem R. P. Rolandus Guichard eſt vtrobique Prouincialis Lugdunenſis. Solus Prouincialis Lombardiæ erat ex præteritis, ſed virtute diplomatis Apoſtolici: quod exiſtimo debuiſſe eſſe Motum proprium: propter ea quæ ſupra diximus, cum Panormitano. Item verbo* Breuia Apoſtolica. Oblatus.

Abuſus eſt, ad voluntatem Prouincialium, Electos Correctores non confirmare. Ideò decernitur, quòd deinceps præceptum Correctorij ſeruetur: ita vt, qui fuerint per Localia Capitula Electi, ſi fue- *Confirmanda.*

rint habiles, postmodum per Capitulum
1541. Prouinciale assignentur. *c.* 1. *Valent.* 21.

Ex hoc statuto, collige, Correctores in singulis conuentibus Electos, 15. Septembris, si nullum obstet impedimentum canonicum, debere à Capitulo Prouinciali confirmari: nec dictum Capitulum, posse alios Correctores illorum loco assignare: Denique, sic Electos, habere ius ad Electiones de se factas, ita vt illarum confirmationem possint petere in iudicio. Ità, sicut & fusè, sic & doctissimè & euidentissimè, demonstrat Peirinis de Subdito, q.1.cap. 31. §. 7. per totum: contra Passarellum, quantumlibet Ordinis nostri decus, doctissimum Canonistam, & in nostris constitutionibus maximè versatum (vt ille verè loquitur) in scholiis ex Auenionensi num. 15. cuius Passarelli rationes, vt verum fatear, nunquam in hac materia, mihi arriserunt.

Quid in casu nullitatis. Electio Correctorum, deuoluitur ad Capitulum Prouinciale, vel Intermedium, quando non est facta in Capitulo Locali: vel ob defectum, vel ob discordiam vocalium. *Quid si quis in variis Conuentibus eligatur.* Cùm verò aliquis, in pluribus Conuentibus est electus, potest Capitulum, Electum, in aliquo ipsorum, quem maluerit, assignare: cæteris verò,
1584. de Correctoribus prouidere. *c.* 5. *Genu.* 19.

Imò,

Imò, Electus in vno Conuentu, potest confirmari in alio, in quo non est Electus; ex causa in Capitulo examinanda, probanda, ipsíque inserenda. *c.Tholos.*48.*cap.*7. *Rom.*De quo *Vide* Corrector. *Mutatio Electionũ.* 1514. 1623.

Electio Correctoris in aliena Prouincia. *Vide* Corrector.

In casu mortis Localis Correctoris, Vicarius, ab eo ante mortem, durante sua infirmitate constitutus, Vicarius remaneat; quousque alter de nouo Eligatur à Capitulo Locali: præsideátque in omnibus, etiam in Electione Vicarij Correctoris. *c.*3.*Barchin.*15. *Quid in casu mortis Correct.* 1629.

In Electione verò huiusmodi Vicarij, Correctoris demortui, vel etiam renunciantis; ij vocem habeant, qui Locales in dicto Conuentu erant, antè vel in principio infirmitatis: *addendùm videtur, vel tempore renunciationis*: etsi non fuerint in eodem Conuentu per trimestre Locales: cùm Constitutio Clementis Papæ VIII. intelligenda sit, de Electionibus, quæ annuatim fiunt, mense Septembris, & non de aliis. *ibid.*16. *Vel etiã renunciationis.*

Hæc autem Electio Correctoris, facta causa mortis, statim atque subsequuta fuerit, nõ publicetur: sed ad Prouincialem *Confirmatio Electionis*

& Collegas mittatur, aperienda, publicanda, & confirmanda. *ibid.* 17.

Quid in casu renunciationis. Si Corrector Electus, renunciauerit Electioni de se factæ, & renunciatio fiat in Capitulo Prouinciali, seu Intermedio, Electio Correctoris huiusmodi, pertinet ad Capitulum. Si verò extra Capitulum, & coram Prouinciali fiat renunciatio: tunc Electio deuoluitur ad Conuentuales, existentes in illo Conuentu, cuius fuerat Corrector Electus. *ibid.* 64.

Electio Collegarum & Seniorum.

Quot Eligendi. Singulis huius Ordinis Superioribus, maturè deputentur tres timorosi Socij, qui Seniores nuncupentur. *R. F.* 51. *Vide* Collegæ.

A quibus. Cunctorum Localium Correctorum Socij, aliàs in huius Ordinis Regula Seniores nuncupati, per ipsos Locales Correctores, & eorum Capitulum, in quolibet eiusdem Ordinis Conuentu, debitè eligantur. *Cor.* 91.

Loco illorum absentiũ, substitutio. Cùm aliquem Sociorum Prælatorum, ad aliquem Conuentum visitandum, per suum Prælatum delegari contigerit: tunc, per reliquos duos eiusdem Prælati Socios, & per Capitulum eiusdem, vel proximioris

ximioris Conuentus, in suo loco substituatur aliquis frater idoneus. *ibid.*113.

Electio Collegarum Generalis, in casu mortis, depositionis, priuationis, vel renunciationis; debet fieri in Prouincia, in qua accidit mors illius, depositio, priuatio, vel renunciatio: ídque à Generali, cùm cæteris Collegis: & à Prouinciali eiusdem Prouinciæ, cum suis Collegis. Quòd si tunc temporis, aliquis Collega in locis valdè remotis reperiatur, ita vt difficilis, vel diuturnus, aut cum maximis sumptibus, eius accessus esset: potest tunc Generalis aliquem Conuentum assignare, eiusdem Prouinciæ, quem voluerit, & assumere Correctorem illius Conuentus, dicti Collegæ absentis loco. Et si duo Collegæ abfuerint, loco secundi, assumatur primus Senior illiusmet Conuentus, & sic deinceps. c.1. *Genu.*18. c. *Paulit.*39. *cap.*5. *Valent.*19. *Collega General. in casu mort.* 1532. 1535. 1593.

*At iuxta præcedens statutũ Cor.*113. *absentium Collegarum loco, alij sunt substituendi, ab ibi assignatis. Nec obstat, quòd illud statutum loquatur de absentia, in casu visitationis alicuius Conuentus. Debet enim intelligi de qualibet absentia. Tum quia semper est eadem ratio: cur enim sufficietur alius Collega, loco absentis, ad aliquem Conuentum visitandum deputati: non*

autem loco illius, qui propter aliam causam abest? Tum quia, iuxta constitutiones Clem. VIII. ad c. 6. Genuense, Italico sermone missas (alias enim Latino idiomate pariter misit) & in eodem Capit. acceptatas, tres Collegæ Prælatorum, debent semper esse personaliter, cum Prælatis eorum visitantibus: sub pœna priuationis vtriusque vocis per quinquennium, ipso facto; nisi obstet legitimum impedimentum, à sua Sanctitate probandum. Ergo cùm tale obstat impedimentum, quodcumque illud sit, absentia Collegarum debet suppleri, modo in prædicto n. 113. *Correct. præscripto, cùm id facilè poßit fieri: cúmque tres Collegæ requirantur, ex prædictis constitutionibus, ad visitationem rectè concludendã: & nullum poßit esse impedimentum, quod impediat, quo minus Prælatus visitans, semper habeat tres Collegas: vel primò Electos, vel ipsorũ loco suffectos modo in Correctorio præscripto. Tum quia, Definitiones graues, non debent fieri nisi consultis omnibus Collegis, etiam quando commodè omnes adesse non possunt. c.*2.*Gen.*13.*cap.*4.*Valent.*38.*& habes verbo* Visitatio. *Quod etiam de Visitatoribus est intelligendum. c.* 4. *Valent.* 38. *Vt quid ergo laborabit Prælatus, in consulendo scripto Collegam absentem; vt ibid. statuitur: cùm ad manum sit remedium à B. P. traditum, ideóque obseruandum; suffectio scili-*

cet

cet Collegarum, absentium loco? Ex quo

Collige 1. *quod si vnus ex tribus Collegis, missus fuerit ad visitandum aliquem Conuentum, vel Prouinciam; & alter moriatur: nec possit qui missus est ad visitandum, adesse Electioni alterius Collegæ, nisi cum incommodis, in præcedenti statuto tactis: Non potest tunc Prælatus, aliquem Correctorem assumere, loco Collegæ absentis: sed ipsius absentiam supplendam esse, modo in Correctorio 113. præscripto, non obstante illo statuto Capit. 1. Genu. 18. Paulit. 37. & 5. Valent. 19. quibus præferri debet Correctorium.*

Nec obstat, *quòd Capituli Paulitani statuta fuerint cõfirmata. Fuerunt enim confirmata,* licita & honesta, *vt habetur expressè in Bulla confirmationis: qualia non sunt, quæ sunt contra Regulam; vt est illud, de quo agimus. Nec est credibile Summum Pontificem intendisse confirmare hoc statutum, quod, vt patet, est contra Regulam: qui in eadem Bulla, literas quasdam Apostolicas reuocauit expressè, huic Ordini concessas: inquantum ipsius Regulæ candorem obnubilare poterant.*

Collige 2. *absentiam Collegæ, etiam in aliis casibus, eodem etiam modo supplendam esse: cùm vbique sit eadem ratio. Cúmque nullibi reperiatur, Prælatos ad libitum posse assumere Collegas, propria authoritate, ad gerẽdas vices absentium:*

quod tamen aliqui ſibi vſurpant. Idque contra rationem. Si enim non eſt ipſorum ſolùm, eligere Collegas: cur ipſorum duntaxat erit, alios electorum loco ſufficere, cùm illorum omnium eadem prorſus ſit poteſtas?

In Collegas Generalis, qui poſſint, qui non poſſint Eligi. Generales, non poſſunt eligi in Collegas Generalium, ſibi immediatè ſuccedentium. Prouinciales verò, finito & peracto ſuo prouincialatu, & non aliàs; poſſunt Eligi in Collegas Generalium. *c.5. Valent.*19. *Vide* Corrector.

1593. *Collega Prouinc. in caſu mortis.* In caſu mortis Collegæ Prouincialis, alius Collega eius loco debet Eligi, per Prouincialem cæteróſque Collegas, & Correctorem eiuſdem, vel proximioris
1523. Conuentus. *c.*3. *Rom.* 11. *c.*1. *Genu.*19. *c. Pau-*
1532. *lit.*38. Intellige, abſente Reuerendiſſimo.
1535. Illo verò in Prouincia præſente, talis Electio fieri debet ab iis, à quibus ſuprà dixi-
1617. mus, in illo caſu, præſente Generali, debe-
1571. *Nullitatis Electionis. Depoſitio, renunciatio, & cæt.* re Eligi Vicarium Prouincialem, *Verbo* Electio Prouincialis. *cap.6. Rom.*14. eodémque pari modo in omnibus, *c.*4. *Valen.*20. etiam in caſu nullitatis Electionis: & etiam depoſitionis, renunciationis, & cæt. Electi. *c.6. Rom.*14.

1617. *Eligibiles & nõ* Prouincialis, peracto ſuo prouincialatu, non poteſt Eligi in Collegam Prouincialis

lis sibi immediatè succedentis. Correctores verò, immediatè reuoluto sui Correctoriatus anno, possunt Eligi in Collegas Prouincialium. *c.5.Valen.*19.*Vide* Corrector. *Eligibiles in Collegas Prouincialium.* 1593.

Electio Zelosi.

In Capitulo Generali, Eligantur, vel iam electi confirmentur, aliqui Fratres Zelosi. *R.F.*47.*Vide* Zelosus.

Electio Commissorum & Officialium.

Sacrista, & cæteri Conuentuum Officiarij, per Localem Correctorem, & Capitulum Conuentus, eligantur. R.F.43. Correct.91. Vel per alios Superiores Prælatos, in eorum visitationibus, maturè deputentur. R.F.43. *Adde, iuxta declarationem Cardinalis Senogaliensis*, De Capituli Localis consensu. *Offic. à quibus faciẽda.*

In Electionibus, tum Commissi Capituli Generalis, vel Prouincialis; tum Scribæ: si duo sint pares in vocibus, Electione ter repetita, si adhuc persistat vocum paritas: Superior præsens prædictæ Electioni, alterum ex duobus quem maluerit, nominabit. *c.6.Genu.*28.*c.7. Rom.*18. Quod vltimum, hoc extendit ad officiales Conuentus. *Electio Scribæ & Commissorũ.* 1596. 1623.

In

Officialium & Commissorum. In Electionibus Officialium, & Commissorum ad Capitula Generalia vel Prouincialia mittendorum: quotiescumque Electio canonica sequuta non fuerit, si aliqui fuerint in vocibus pares; Superior nominet quem voluerit, ex electis. Si verò in vocibus pares non fuerint electi, decreuerunt Patres, vt qui plura vota habuerit, is ad Officium & etiam Commissatum

1629. assumatur. *c.3.Barch.53.*

Hoc statutum tot ambiguitatibus est inuolutum, vt potiùs difficultates pariat, quàm dissoluat. Quando enim in casu paritatis vocum, Superioris erit, Commissum vel Officialem nominare? quando pluralitas, etiam infra medietatem sufficiet? Quis Superior, è duobus qui in vocibus erunt pares, alterum ad beneplacitum nominabit? Prouincialisne, an Corrector? Si in primo scrutinio, pluralitas infra medietatem, sufficit ad Electiones de quibus agimus: ergo & in primo, si duo sint pares in vocibus, Superior è duobus alterum quem maluerit debet nominare; & tamen præcedens statutum cap. 6. Genuensis hanc nominationem remittit post tertium scrutinium: quod an sit reuocatum, non explicatur. Si verò hæc nominatio post tertium scrutinium remittenda sit, ergo & pluralitas infra medietatem: cur enim valebit hæc pluralitas, ad Electionem,

ctionem, in primo scrutinio: & in eodem, si sit paritas vocum, Superior, Commissum V. G. non nominabit? maximè, cùm statutum de nullo scrutinio mentionem faciat. Si verò pluralitas infra medietatem, non valet nisi post tertium scrutinium, standúmne erit pluralitati tertij illius scrutinij, vel primi, vel secundi? Si vnus habeat pluralitatem in vno, alter in alio, quis è duobus censebitur Electus? cur nullus, cùm sit vocum pluralitas? cur vnus & non alter, cùm vterque pluralitatem habeat?

Caterùm, existimo, quòd qui in primò scrutinio, pluralitatem vocum habet, est Electus canonicè; ne in prædictas Syrtes incidamus. Si autem in eodem primo scrutinio sit vocum paritas, alterum è duobus, vel pluribus, in vocibus paribus, non statim potest in Commissum nominare Superior, non expectato tertio scrutinio: cùm nulla sit Electio: & in tali casu, Electores ius habeant, ad tertium vsque scrutinium, ad Electionem procedendi. Superiorem denique, cuius est nominare in casu paritatis vocum credo esse illum qui Electioni præest, iuxta determinationem eiusdem Capituli Genuensis ibidem: & hoc rationi maximè consentaneum, & ad tollendos abusus

abusus pernecessarium. Possent enim Prouinciales, in pluribus Conuentibus Vicarios Prouinciales constituere: ad hoc, vt in casu paritatis vocum, Commissos in illis, ad eorum beneplacitum, nominarent. Est ergo, in Capitulis Localibus, & in absentia Generalis vel eius Vicarij, Correctis Localis in Capitulo præsidentis, nominare Commissum, V. G. in casu paritatis vocum: non autem Prouincialis: qui in Capitulis, in quibus Eliguntur Correctores, non potest adesse, ex c.4.Valent.26.& habes Verbo Electio.

Electus.

In Correctorē. In Correctorem, si ad eum missa fuerit obedientia à Reuerendissimo, ante suæ Electionis confirmationem, debet stare Obedientiæ Generalis, eámque exequi. Si post confirmationem, debet stare Electioni, & quamprimum super huiusmodi certiorem facere Generalem. Qui si secundò replicuerit, tūc ei obedire tenebitur, etiam confirmatus Corrector: allegatis tamen
1562. priùs, suæ depositionis causis. *c.3. Valent.8.*

Eligentes.

Vicar. Prouinc. Vicarium Prouincialem in casu mortis,
1623. non possunt eligi. *c.7. Rom.35.*

Correctorem Eligere possunt Correctorem, & Commissum,

missum ad Capitulum Generale, tres tantùm Electores: non autem Commissum ad Capitulum Prouinciale. *ibid.* In quo casu, Corrector alterum ex duobus vocalibus, quem voluerit, in Scribam nominabit. *ibid.* 46. *& Commissos.*

Emergentia.

Sunt, in quibus vrgent negotia, egéntque maxima celeritate, nec ad Superiorem facilè potest pro illis recurri. *cap.* 2. *Auen.* 22. *Quæ sint.* 1599.

Ex hac declaratione, colligo; Vicarium Prouincialem in Emergentibus, qui est in aliquo Conuentu; non posse, nec debere, sua delegata authoritate vti, cùm casus aliquis accidit, cui sufficienter prouidere potest Corrector Localis: & pro quo non est recurrendum ad Prouincialem.

Equitare.

Cunctorum Fratrum considerata qualitate, illis omnibus (ad minus de Correctoris Localis licentia) super asinum incedere licebit: memores, quod humilitas Redemptoris, taliter incedere non renuit. *R. F.* 11. *Super asinum.*

Charitatiuè tamen toleretur, quòd vbi non reperirentur asini, ad singulos respectiuè *Super mulũ vel equum.*

ctiuè Fratres commodè deferendos, sufficientes & apti: sibi (iuxta eorum qualitates) de competenti mulo vel equo (si forsan inibi mulus haberi nō posset,) religiosè prouideri faciant, ipsi Fratres: Ita tamen, quod sella & fræna sint simplicia, & absque aliquo ornatu, sicut religiosos decet viros. *Cor.* 22.

Consuetudo & possibilitas. In equitando, obseruari debet Patriæ, vel loci consuetudo, & possibilitas; tum ad quæstas faciendas, tum ad alias subleuandas necessitates. *c. Thuron.* 25. *c. Tholos.* 55.

1511.

1514. Equitare, non licet omnibus Fratribus *Quibus liceat.* indifferenter, nec absque Superiorum licentia. *c.* 5. *Valent.* 20.

1593.

Eucharistia.

Quando & à quibus recipienda. Singuli non Sacerdotes, tenentur illam recipere, in die sancti Francisci de Paula. *c. Malach.* 7. *c.* 1. *Gen.* 17. *c. Paulit.* 36.

1526. Christi & Apostolorum exemplo, singuli Sacerdotes & cæteri Fratres, in die

1532.

1535. cœnæ Domini, de manu Prælati, deuotè illam recipiant: nisi per ipsum, fuerit aliter ex necessitate ordinatum. *cap.* 1. *Genu.* 8. *c. Paulit.* 27.

1532.

1535.

Renouanda. Eucharistia in Ecclesia seruata, singulis mensibus renouari debet, per Sacristā; aut

aut alium ab eo deſtinatum. *ibid. Vide* Communio.

Excommunicare.

Poterit Corrector, quoties expedierit, contra malefactorem contumacem, & contra omnes, malum illius ſcientes, ac ei ſuper hoc aſſentientes, Excommunicationis ſententiam promulgare. *Cor.* 97. *Poteſt Corrector.*

Exorciſta.

Nullus ſit exercens, abſque ſpeciali Generalis licentiâ, & Ordinarij approbatione: ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, in perpetuum, & amiſſionis primogenituræ. Nullíque, ſub ſimilibus pœnis, medicinam aut ſuperſtitionem adhibeát, ad Exorciſmos. *cap.* 2. *Auen.* 10. *Quis eſſe debeat.* 1599.

Exprobrare crimina.

Prohibetur Superioribus, & ſubditis: maximè correcta & punita. *cap.* 3. *Valent.* 6. 1562. *cap.* 5. *Genu.* 6. 1584. *Nulli licet.*

F

Fama.

QVæ vergunt in detrimentum famæ alicuius, reſcindi debent à Capitulis *Fratrũ curãda.*

O Gene

Generalibus: seruatis tamē duobus exemplaribus, in capsa quatuor clauium, in
1599. singulis Conuentibus. *cap.2. Auen.6.* Item indecora, qualia sunt, quæ aliquem in-
1602 famant. *c.2. Barchin.6.*

Existimo, hanc reseruationem duorum exemplarium, in singulis Conuentibus, reuocatam esse, per ea quæ dicūtur in cap.6. Rom.14. & de processibus & visitationibus, & habes Verbo Processus. *Est enim vtrobique eadem prorsus ratio. Quia tamen possent fortè aliqui contrarium sentire, ideò huic statuto nihil detrahendum iudicaui.*

Ad conseruandam famam, remissa fuit Generali, rehabilitatio eorum, qui
1617. postulabant rehabilitari. *cap.6. Rom.13.*

Festa.

Vt celebranda. Sacrum diem Dominicum, & reliqua sanctæ Ecclesiæ Festa, debitè sanctificent Tertiarij. In ipsis etiam Festis, salubribus operibus, ac piis exercitiis, attentè meditando, & orando, ac legendo: & Missas, ac Diuinum officium, & sermones audiendo, se Domino dedicent. *R.V.S.3.*

Nominis Iesu. Festum nominis Iesu, possumus cele-
1541. brare, decimaquarta Ianuarij. *c.1. Valent.4.*
1550. tamen sine octaua. *cap.2. Valent.24.*

Fideli

Fidelitas.

Quamprimùm electi fuerint Superiores, ac illorum ſocij, ſimiliter & Fratres Zeloſi, Romæ, vel in circuitu reſidere habentes: in ipſorum electionibus, ſi ſint præſentes: in ſui verò officij executionis primordio, ſi ſint abſentes, in Capitulo, Fidelitatem Ordini promittant. *R.F.* 51. *Promittenda à Prælatis, Socijs & Zeloſis.*

Cum primùm electa fuerint Mater Correctrix, & eius Sociæ, in Capitulo Conuentus ſui, Fidelitatem Ordini promittant. *R.S.* 32. *A Correctrice & Socijs.*

Oblati, & oblatæ in eorum profeſſione ſubiungant hanc clauſulam. Promitto Fidelitatem Ordini ſeruare: & eiuſdem Ordinis eleemoſynas, fideliter exponere. *R.S.* 12. *Cor.* 18. *Ab oblatis.*

Fugiens.

Frater Fugiens, ſi non culpabilis ſufficienter reperiatur, ſed ipſius ſuperior: tunc neutra voce, nec iure primogenituræ priuetur. Sed quò citiùs fieri poterit, ſi in carcere fuerit, liberetur: & talis Superior, per ſuum Prælatum acriter corrigatur. *c. Tholoſ.* 22. *c.* 1. *Genu.* 10. *Quando non puniendus.* 1514. 1532.

A quibus puniendus. Fugiens ad Conuentum Romanum, à Generali vel Zeloso, cum Capitulo locali, puniatur. Vel reseruetur Generali,
1514. si absit: vel proprio Prouinciali. *c.Tholos.*49.

Non iudicari tamen debet inauditus, vt habes verbo Iudicare. *Nec condemnari, si verè grauatus, vadit ad Superiorem: vt habes Verbo* Recursus; *& docet ex professo Paßarellus, in Scholiis ex Auenionensi: cum Authore collectionum, factarum auctoritate eiusdem cap.*1. *Auenionensis, articulo* 21. *Nec obstat Correctorium, inquit Passarellus, quia loquitur de vagabundis. Non etiam obstat cap.*4.*Valent.*53. *quod loquitur contra accedentes ad Superiores: Quia suscipere debet eandem intelligentiam, quam suscipit Concilium Tridentinum, cui Capitulum innititur. Concilium autem ipsum, intelligendum est, secundùm Nauarrum, de voto Paupert. cap. nullam. num.* 51. *de illo, qui non grauatus vadit ad Superiorem: non autem de illo, qui grauatus & verè oppressus accedit. Hæc Passarellus, qui tandem concludit. Hæc dixisse volui, non in fauorem fugitiuorum; sed ad euitandam tyrannidem Superiorum: vt eleganter probat Nauarrus, vbi suprà.*

Fugitiui.

Vt puniendi. Si quis, Sathanica procurante versutia, suæ

ſuæ profeſſionis immemor, huius Ordinis habitum dimiſerit, aut cum eodem vagari non timuerit: tribus menſibus incarceretur: vel grauiùs puniatur, conſiderato ſcandalo, in tali vagatione per eum commiſſo. Attamen citò redeuntium contritione, & eorum vagationis occaſione penſatis: poterit illis, hæc pœnitentia mitigari, aut in aliam commutari: iuxta deliberationem Correctoris, & Capituli localis. Ipſe tamen, actiua & paſſiua voce, ac iure primogenituræ, perpetuò priuetur: niſi per Capitulum generale, vel prouinciale rehabilitetur. *Cor.*20.

Si ſint notabiliter morbo infecti, & contagioſi, dum redeunt, non debent recipi: ideò debent ſedulò viſitari, antequam recipiantur. *cap.*2. *Valent.*14. *Quando non recipiendi.* 1550.

Ipſorum pœnæ priuatiuæ, ſunt latæ ſententiæ: illáſque incurrunt, abſque vlla ſententia: v. g. quòd ſint priuati primogenitura. Non incurrunt autem ſine ſententia, pœnas poſitiuas: v. g. quòd tandiu incarcerentur: quod comedant panem & aquam duntaxat: quod per diem integrum, in horto vel vinea, cum Conuentus ſeruis laborent & ſimilia. *c.*4. *Genu.* 15. *Vide* Pœnæ. *Pœna.* 1574.

Gyrouagantes. Qui per vicos & plateas vagãtur, & ad Generalem ire nolunt, ad Superioris libitum, variis ſtrictiſſimiſque vinculis, ac
1578. pœnitentiis affligantur. *c.1.Auen.9.*

Prima fuga. Etiam qui primam fugam arripuerint, priuantur primogenitura. *cap.5. Ge-*
1584. *nu.21.*

Non poſſunt admitti ad ius primogenituræ, à Prouinciali, vel Correctore, Fugitiui: ſub pœna priuationis officij. Sed tantùm à Capitulo Generali, vel Prouin-
1596. ciali. *c.6.Genu.14.*

Rehabilitatio. Cùm ex Correctorio n.20. ſint perpetuò priuati vtraque voce, & primogenitura; etiam poſt triennium indigent re-
1581. habilitatione. *c.1.Barch.9.*

Rehabilitationes Fugitiuorum, quæ fiunt non ſeruatis ſtatutis, ſunt prorſus nullæ: & Prouincialibus penitus prohi-
1605. bentur. *c.7 Genu.19.*

Receptio in alienis Conuentibus vel Prouinciis. Si ad aliquos Conuentus deuenerint aliqui Fratres Fugitiui, carceribus mancipentur, in eiſque detineantur, quouſque illorum Prouincialis fuerit admonitus: qui, quid de illo faciendum fuerit, in reſponſis declarabit. Superior, ſiue localis, ſiue Prouincialis, qui aliter quàm hîc ſtatuitur, illos receperit, in ſuo Conuentu

vel

vel Prouincia, ipso facto officio sit priuatus: & ab ipsius obedientia, subditi sint liberi. Quibus datur facultas, procedendi ad alium Superiorem sibi deligẽdum. *c.3. Barchin.56.* 1629.

Rehabilitatio. Fugitiui, pro prima vice, non rehabilitentur ante triennium. Si secundam fugam arripuerint, non rehabilitentur ante sexennium. Si tertiam; nunquam perpetuis futuris temporibus, possint rehabilitari: cæteris pœnis, ipsis à statutis nostris inflictis, in robore permansuris. Dumque *Vt carcerandi.* carceribus detinentur, habitu nostro spolientur: nec illis restituatur, nisi in egressu: etsi pœnitentes se demonstrauerint, & de præteritis contriti. *ibid.57. Vide* Apostatæ: Habitus.

Fundatrices.

Illarum priuilegia. Singulæ Dominæ, de stirpe Regia procreatæ: ac etiam omnes huius Ordinis Fundatrices, quæ locorum eiusdem Ordinis septa communiora videre postulauerint, eadem cum sua comitiua, honestè intrare, ac deuotè visitare tolerentur: *R.F.23.Corr.39.*

Debent admitti ad septa communiora visitanda, cùm eadem visitare postulauerint: nec tantùm Conuentus cuius sunt

Fundatrices , ſed etiam omnium alio-
1514. rum Conuentuum totius ordinis. *c. Tho-loſ.*21.

Quæ ſint. Fundatrices illæ ſunt, quæ vel dant fundum : aut pro maiori parte, Conuentum ædificant : vel in grandi quantitate ditant. Nihilominus, mulieres illæ, quæ dant valorem quinquaginta ducatorum perpetui redditus, alicui Conuentui, etſi Fundatrices non vocentur, tamen Conuentum introire, & priuilegiis Fundatricum gaudere, penitus valebunt. Pro ſecuritate tamen conſcientiarum, ordinatum eſt P. Zeloſo, ſtatim Sanctitatem Domini Papæ adire, & illius Oraculum ſu-
1532. per hoc conſulere. *c.* 1. *Genu.* 11.

Non habẽt clauẽ Conuentus. Fundatrices, non poſſunt, nec debent, habere clauem portæ clauſtralis, etiam Conuentuum quorum ſunt Fundatrices. Aliàs, ſi habeant, ſtatim obſtruenda & claudenda eſt porta : vt conuentus ſit ſemper, vt decet, ſubiectus Correctori.
1623. *c.6.Rom.9.*

Harum filiæ. Fundatricum filiæ, poſſunt ingredi noſtros Conuentus:non tamen, filiæ filiarum. *c.7.Rom.*19.

Pecuniæ vt impendenda. Quæ dant magnam pecuniarum ſummam, in eleemoſynam, aliqui Conuentui; non

non possunt in Fundatrices admitti: nisi dicta pecunia, versa sit in redditus Conuentus, cui data fuit: vel nisi ex ipsa, sit aliqua notabilis pars Conuentus fabricata. *ibid.* 20.

Fur.

Si quis Furtum commiserit, si modicum fuerit delictum, per localem Correctorem, de Seniorum consilio, puniatur. Vbi autem quis de magno furto legitimè conuictus fuerit, ipso facto tribus mensibus incarceretur: vel per ipsum Correctorem grauiùs puniatur, iuxta talis furti grauitatem. A carceribus verò non liberetur talis delinquens, quovsque res ita per eum sublata (si possibile sit) restituatur Conuentui, vel alteri damnificato, vndè primitus illam subripuit. *Cor.* 13. *Vt puniendus.*

G

Generalis.

AD solos Generalem, Vigiles & Prouinciales, corúmque Socios, & Cõmissos Commissorum, ac Zelosos, (& hoc tantùm, cùm ipsi Romæ, vel in circuitu, *Electores.*

Generali Capitulo interfuerint) spectabit ipsius Generalis electio. *Cor.*108. *Vide* Capitulum Generale. Electio Generalis.

Vox Capitularis. Generalis debet habere vocem, in electione successoris. *c.Thuron.*13. *c. Tholos.*50.
1511. *c.*2.*Rom.*8. In hoc vltimo capitulo, dicitur
1514. ita declaratum fuisse à Reuerendiss. D.
1517. Cardinali Protectore. *Notat autem Passarellus, in marginè, non esse mirum hanc fuisse motam difficultatem: cùm ante Correctionem Correctorij, Generalis & Socij ipsius non haberent vocem in electione immediatè futura.*

Vt deducendus. Debet deduci cum suis Collegis, per totam Prouinciam, expensis Prouinciæ.
1523. *cap.*3.*Rom.*18.

Non fiat Collega successoris. Non potest eligi in Collegam, sui immediati successoris; sed sub obedientia Correctoris localis, tanto tempore per-
1529. manere debet, quanto Prælatus extitit.
1532. *c.Gratian.*7.*c.*1.*Genu.*30.*c.*2.*Genu.*5.
1552. *Præsidentia.* Debet præsidere in Generali Capitulo; & fungi authoritate Generalis, donec
1532. fuerit creatus nouus Generalis. *c.*1.*Genu.*4.
1535. *c.Paulit.*23.

In casu autem nullitatis electionis trina vice repetita, vel si absens eligatur: Vicarius debet eligi, qui in Capitulo Generali præsideat, & toti Religioni præsit. *cap.*3.

*cap.3.Valent.*10.*cap.4.Valent.*25.*Vide* Electio Generalis.Præses.

Statim vbi Generalis est electus,etiam ante confirmationem, suum exerceat officium,& habeatur vt confirmatus. *cap.*1. *Genu.*4.*c.Paulit.*23. *Confirmatio.* 1532. 1535.

Suo functus officio, immediatè post successorem sedeat, quandiu durat Capitulum.*c.*2.*Valent.*7. *Sedes in capit.* 1550.

Si ob grauia negotia, *vel morbum*, non possit adesse Capitulo Generali; Vicarium constituat, qui in eo præsideat. *c.*2.*Gen.*1. *Vide* Capitulum Generale. Præsidens. *Absentia vt supplenda.* 1583.

Quælibet Prouincia, tenetur illi dare post discessum ab ea, viginti aureos:& vltra, omnes Nationes, quadraginta, respectiuè:idque pro viatico. Quam pecuniam tenetur successori suo, in Capitulo Generali restituere: *intellige nondum expensam*, demptis tamen casibus fortuitis. *c.*4.*Valen.*66. *Viaticũ.* 1471.

Non video, cur etiam casus fortuitos, non teneatur successori suo, restituere Generalis, in Capitulo Generali. Quid enim de ipsis faciet, cùm sibi non poßit reseruare, vtpote qui votum Paupertatis emisit, sicut & Fratres cæteri? De quo fusiùs Verbo

Paupertas.

Paupertas. Quòd si casus isti fortuiti, sint eleemosynæ casuales & extraordinariæ; Generali factæ, ad visitationum suarum munus obeundum: cur potiùs cedent, in Prouinciæ, vel Conuentus præteriti Generalis vtilitatem; quam totius Ordinis?

Vt reducendus. Finito Generalatu, reduci debet ad suum Conuentum, expensis omnium Na-
1578. tionum. *c.* 1. *Auen.* 21.

Visitandus. Per suum successorem, ante finem Capituli Generalis, vnà cum sua comitiua,
1535. debet visitari. *c. Paulit.* 17. *Vbi statuitur, quod* R. P. Generalis, pro iustis & certis causis, *quæ non exprimuntur*, durante suo officio non visitetur. Sed postea, *modo quo diximus. Quod fuit specialiter & expressè confirmatum à Paulo III. in sua Bulla super approbatione cap. Paulitani, quæ incipit.* Sinceræ deuo-
1536. tionis. *Data Rom.* 27. *Martij.*

Prius enim, de mandato Clementis VIII. vt constat ex literis Reuerend. Cardinalis Sanctorum quatuor, Ordinis Protectoris, Capitulo Gratianopolitano præsẽtatis, n. 7. *quatuor aut plures Fratres timorati, & bonæ conscientiæ, in Capitulo Generali debebãt eligi; qui ante dicti Capituli Generalis celebrationem, Generalis ac Collegarum suorum, pro tunc existentium, conuersationem & modum quem in corrigendis Fratribus*

tribus tenuerant, diligenter ſcrutarentur, eiſque, iuxta merita aut demerita, laudem vel correctionem imponerent. Quod fuit in praxi, vſque ad Capitulum Paulitanum, incluſiuè.

Generalis, poteſt & debet à ſucceſſore ſuo, cum ſuis Collegis, de perſonalibus, ſi quæ eſſent, inquiri & caſtigari. *cap.* 1. *Barchinon.* 17. *Si deliquerit puniendus.* 1581.

GENERALIVM SERIES.

I. S. FRANCISCVS DE PAVLA, huius Ordinis Inſtitutor; Perpetuus Generalis inuitus declaratus à Sixto IV. cuius vita & mors, innumeris clara miraculis, admirabili ſanctitate, exemplis & prærogatiuis prorſus ſingularibus, toti lucet Eccleſiæ, à variis authoribus, Gallis, Italis, Hiſpanis, fusè deſcripta. Natus eſt Paulæ, 27. Martij, anno 1416. Ordinem inſtituit, anno 1435. Vixit, annis 91. Mortuus eſt Thuronis anno 1507. feria ſexta in Paraſceue eodem die & hora qua Chriſtus fuit crucifixus. Canonizatus à Leone X. anno 1519.

II. Frater FRANCISCVS BINET, *Gallus*, Corrector Conuentus Romani Sanctiſſimæ

mæ Trinitatis. Electus. *c.* 1. *Rom.* 20. Huic, Reuerendiss. Cardinalis Senogalliensis, Capituli Præses, onus Generalatus, Apostolica authoritate, mediante electione Canonica prius facta, imposuit: & vt deduceretur ad Ecclesiam, cantando Psalmum, *Exurgat Deus, & dissipentur omnes inimici eius*, cunctis Fratribus præcepit. Quo facto, prædictus Generalis, vocibus lacrymosis, post decantationem dicti Psalmi, versiculos & orationes ad hoc congruas, decantauit: cunctis respondentibus, *Amen.* Et manus eius deosculantibus: humiliter & Reuerentia qua decuit, sibi obedientiam promittentibus. *ibid.* 21. *Eius vitam virtutibus illustrem, vide in Historia Generali Ordinis lib.* 3.

III. Frater GERMANVS LIONNET, *Gallus, ex Prouincia Thuroniæ.* Electus in Reuerendum & benemeritum Patrem Correctorem
1511. Generalem, virtute vocum 38. ex 48. *c. Thuron.* 9. 10. *Et mortuus est.*

IV. Reuerendus P. FRANCISCVS BINET, *Gallus: secundò,* 51. vocibus, electus in beneme-
1514. ritum Generalem. *c. Tholos.* 6. Præsidebat ipse in hoc Capitulo, tanquam Vicarius Generalis, loco Reuer. P. Lionnet, præteriti Generalis defuncti. *ibid.* 1. 2. Quo officio, summi Pontificis iussione, & expresso mandato fungebatur. *ibid.* 5.

V. Reuerendus P. FRANCISCVS CERDONIVS, *Gallus, ex Prouincia Thuroniæ.* Electus 29. vocum vigore: & summa cum lætitia, ad Ecclesiam, à Fratribus, *Te Deum laudamus* decantantibus,

deporta

deportatus : vbi, manus illius, in signum obedientiæ, Fratres deosculati sunt. *c.2. Rom.4. Et* 1517.
mortuus est.

VI. Reuerendus P. FRANCISCVS BINET, *Gallus*: suis exigentibus meritis, mansuetudine & scientia præditus, multis laboribus pro Ordine susceptis, pro tertia vice, in Patrem Generalem vigore 39. vocum, licèt absens, & Romæ Zelosi officium exercens, Electus cum applausu omnium, ac iubilatione maxima, *Te Deum laudamus* concinentium. *cap. Paris.5.* 1520.
Et mortuus est.

VII. Reuerendissimus P. MARTIALIS DE VICINIS, *Gallus è Prouincia Tholosona*, vt meritissimus, electus 29. vocum vigore, & summa cum lætitia, à Patribus, *Te Deum laud.* decantantibus, ad Ecclesiam deductus est, vbi, manus illius deosculati sunt omnes. *cap.3. Rom.8.* 1523.
Et mortuus est.

VIII. Reuerendiss. P. IOANNES SVTORIS, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi*, vt meritissimus & dignissimus, electus 13. votorum emissione. Quem, licèt plurimum renitentem, Patres ad Generalatus acceptationem induxere. *c. Malac.* 1526.
4. Et mortuus est.

IX. Reuerendiss. P. DESIDERIVS DE MOTA, *Gallus ex Prouincia Pariensi*, meritò, vt dignissimus, electus 21. vocũ suffragiis; absens, & Romæ Zelosi officio fungens. *c. Gratian.9. Hic, sedente* 1529.
Clemente VII. quo tempore Germani, & cæt. Romam vastauerunt, ab hæreticis pudendis suspensus, posteà ad sepulcrum B. Francisci de Paula delatus, miraculosè sanitati pristinæ, fuit restitutus. Et mortuus est.

X. Reue

X. Reuerendiss. P. FRANCISCVS BELLAMATÆ, *Gallus ex Prouincia Parisiensi.* Electus 21.
1532. vocum suffragiis. *cap.* 1. *Genu.* 26. *Hic Doctus fuit & eloquens; & prædicator Apostolicus. Et mortuus est.*

XI. Reuerendiss. P. GASPAR de FOSSO, *Italus* Capituli Præsidens, in absentia, Reuerendissimi P. Generalis præteriti, Calabriæ Prouincialis: Electus, 19. vocum vigore. *cap. Pau-*
1535. *lit.* 1. 8. *Fuit ex celebrioribus, & Doctoribus sui temporis prædicatoribus: bis in Ordine Generalis, secunda vice, electus absens: Semel Zelosus à Paulo III. Episcopus Scalæ postea factus: à Iulio III. translatus ad Episcopatum Caluensem, & à Pio IV. Archiepiscopus Reginus confirmatus, ad nominationem & instantiam Philippi II. Catholici Hispan. Regis. Eius vitam vide in Historia Generali Ordinis. lib.* 2.

XII. Reuerendiss. P. BERNARDVS DE FABRO, *Gallus: ex Prouincia Tholosana,* Electus 50. votis. Quem, humiliter & cum lacrymis tantùm onus renuentem, ad Templum, Deum laudantes & congaudentes, deduxeruut Patres. Vbi præstandæ obedientiæ arrham, & reuerentiæ primitias, eidem Patri Generali, ma-
1538. nuum deosculatione, obtulerunt. *c.* 1. *Bonon.* 30. *Et mortuus est.*

XIII. Reuerendiss. P. GASPAR DE FOSSO, *Italus, de quo Gener.* 11. Electus absens, omnium
1541. votis, vnico excepto. *c.* 1. *Valent.* 14. *Et mortuus est.*

XIV. Reuerendissimus P. MARCELLVS PALMERIVS, *Italus, ex Prouincia Calabriæ.* Ele-
1544. ctus omnium votis, vnico excepto. *c.* 2. *Bonon.* 4.

XV. Reuerendus admodum P. SIMON GVICHARDVS, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi*, Electus 24. votis. *c.* 1. *Foroiul.* 5. Hic petiit à Capitulo, vt deinceps non vocaretur Reuerendissimus. Cuius petitioni, acquieuêre Patres: concludentes, vt Generalis deinceps vocaretur Reuerendus. *ibid.* 9. *Et mortuus est. Viri huius pietate & doctrina eminentissimi, vitam & fœlicem mortem, vide in eadē Historia Generali, lib.* 3. 1547.

XVI. Reuerendus admodum & bene meritus P. IOANNES MALRAS, *Gallus, ex Prouincia Tholosana.* Electus 31. votis. *c.* 2. *Valent.* 5. 1550.
Hic è Cōsiliario Regio Henrici II. Galliarum Regis, Minimitanam professus est humilitatem. Et ab eodem Christianissimo Rege, ad Iulium III. missus Orátor, pro magni ponderis negotiis peragendis, Capitulo sequenti interesse non potuit, vnde R. P. Ioanni Sutoris vices suas commisit. Et mortuus est.

XVII. Reuerendus P. HVGO de CALCE, *Gallus ex Prouincia Tholosana, Zelosus præteritus, pro quarta vice.* Electus 22. votis. *cap.* 2. *Genu.* 3. 1553.
Et mortuus est.

XVIII. Reuerendus P. HIERONYMVS ARNONVS, *Italus, ex Prouincia Calabriæ.* Electus 27. votis. Hic se excusans, suísque humeris tantam non valens Prouinciam sustinere, dicens: genibus flexis, omni iuri per huiusmodi electionem acquisito, renunciare voluit. At Patres non acquieuerunt. *cap.* 2. *Foroiul.* 6. *Et mortuus* 1556.
est.

XIX. Reuerendus P. IOANNES DE BELRISGVARDO, *Gallus ex Prouincia Parisiensi.* Elec-

P ctus

1559. ctus 38. votis. *cap.* 3. *Genu.* 13. *Et mortuus est.*

XX. Reuerendissimus P. IOANNES IVDA, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi,* de Religione benemeritus. Electus 34. votis, absens, & Romæ
1562. Zelosi officio meritissimè fungens. *cap.* 3. *Valent.* 10. Huic redditus fuit titulus Reuerendissimi, *num.* 17. *Quò deinceps vsque in diem hanc, insigniti fuère nostri Generales. Et mortuus est.*

XXI. Reuerendissimus P. IOANNES A FLVMINE FRIGIDO, *Italus ex Prouincia Calabriæ.*
1565. Electus. *cap.* 3. *Foroiul. quod non extat. Et mortuus est.*

XXII. Reuerendissimus P. MARCELLVS PALMERIVS, *Italus ex Prouincia Calabriæ:* Vir vndique circunspectus, ac de Religione per multos annos benemeritus: 25. suffragiis Electus,
1568. *pro secunda vice, c.* 4. *Rom.* 11. *Et mortuus est.*

XXIII. Reuerendiss. P. GASPAR PASSARELLVS, *Italus, ex Prouincia Apuliæ.* Electus om-
1571. nium votis, vnico duntaxat excepto. *cap.* 4. *Valent.* 56. *Fuit ex doctioribus & celebrioribus sui temporis prædicatoribus: Sacri Ordinis nostri lumen & decus: in Sacrorum Canonum scientia valdè peritus. Vndè & priuilegia nostra collegit, & Capitula Generalia compilauit. Et mortuus est.*

XXIV. Reuerendiss. P. VALENTINVS DE MASSA *Italus, ex Prouincia terra laboris.* Electus
1574. omnium votis, tribus exceptis. *cap.* 4. *Genu.* 36. *Et mortuus est.*

XXV. Reuerendiss. P. IOSEPH LE TELLIER, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi.* Electus omnium
1578. ferè votorum suffragio. *cap.* 1. *Auen.* 4. *Viri*

huius

huius Religiosissimi & Zelantissimi, vitam, & obitum fœlicem, vide in eadem Historia lib. 3. Et mortuus est.

XXVI. Reuerendiss. P. ALPHONSVS VILLA-MAIOR, Hispanus ex Prouincia Andalosiæ. Electus omnium votis, vnico excepto, tanquam de Religione benemeritus. *c. 1. Barchin.* 1581.
23. Et mortuus est.

XXVII. Reuerendiss. P. STEPHANVS à FRANCICA, *Italus* Prouincialis Calabriæ. Electus omnium votis, præter vnum. *cap. 5. Genu. 26. Et* 1584.
mortuus est.

XXVIII. Reuerendiss. P. GREGORIVS A PAVLA, *Italus*, Prouincialis Tusciæ. Electus virtute 25. votorum. *cap. 5. Rom. 7. Fuit ex disertissimis* 1587.
publicè & priuatim, & ex doctioribus sui tẽporis Prædicatoribus. Per sexenniũ Generalatus officio functus est, authoritate Apostolica. Tandem cùm esset Collega Reuerendiss. P. Didaci Arias, à Paulo V. factus est Episcopus Neocesareensis. Et mortuus est.

XXIX. Reuerendiss. P. ISIDORVS SAMBLASIVS *Italus*, Tusciæ Prouincialis. Electus omnium votis, vno excepto. *cap. 5. Valent. 5.* 1593.

XXX. Reuerendiss. P. PETRVS de MENA, *Hispanus*, Prouincialis Castellæ. Electus omnium votis, excepto vnico. *cap. 6. Genu. 4, Hic lingua* 1596.
Hispana B. P. Francisci de Paula vitam scripsit, Et mortuus est.

XXXI. Reuerendiss. P. HIERONYMVS DVRANDVS, *Gallus*. Prouinciẹ Prouencẹ, Prouincialis benemeritus: pietate insignis. Qui summa humilitate, profusísque lacrymis, Generalatus

onus renuebat. Electus omnium votis, vnico
1599. excepto. *cap. 2. Auen. 26. Hic, cum posset esse Senator Regius seu Consiliarius supremi Senatus Aquensis, post Patrem, Ordinis habitum suscepit: fuit ex celebrioribus totius Galliæ Prædicatoribus: disertissimus & efficacissimus ad persuadendum. Per sexennium, Zelosatus officio dignissimè functus est Romæ. Pro tertia vice Prouincialis fuit in Prouincia Prouençæ: in quarum prima, Prouincia hæc, vnita erat Lugdunensi. Fuit Collega & Definitor. In senectute denique prouecta, bis Corrector Massiliensis. Et mortuus est Aquis Sextijs. 1626.*

XXXII. Reuerendiss. P. PETRVS HEBERT, *Gallus Prouinciæ Franciæ.* Collega præteriti Generalis. Electus omnium votis, vnico excepto, ingenti mœrore confectus: & ad tantum onus sufferendum, se vires impares habere profe-
1602. rens. *cap. 2. Barchin. 22.* Obnixè rogauit Patres, ne sibi deinceps Reuerendissimi titulus exhiberetur, sed solùm Reuerendi: quod nullo modo passi sunt Patres. ibid. 27. *Pietate, prudentia, doctrina, & mira in prædicando facundia, sed maximè humilitate clarus fuit. Vndè anno 1614. videns Patres Prouinciæ Franciæ se accingere ad illum eligendum in Prouincialem, exemptionem ab omnibus Officiis Ordinis exercendis, quam secretò à Reuerendissimo obtinuerat, humiliter protulit: sicque, dolentibus capitulantibus, ab hoc prouincialatu liber euasit. Ad instantiam tamen Patrum dictæ Prouinciæ, reuocata fuit illa exemptio: & R. P. Hebert, posteà, vltrà alias vices, in Prouincialem est electus, in eadem Prouincia. In qua, finitis*

variis

variis Prouincialatibus; Informatoris Nouitiorum munus, semper excercere dignabatur. Et mortuus est, in Conuentu Nigeonensi apud Parisios, in senectute bona.

XXXIII. Reuerendiss. P. STEPHANVS AVGERIVS, *Gallus*, Vicarius Prouincialis Venetiarum. Vir, prudentia, probatisque moribus conspicuus: & in negotiis Religionis peragendis, peritissimus. Electus omnium suffragiis, tribus exceptis. *cap.7. Genu. 3. Ab huius* 1608.
electione, authoritate Apostolica, Generalatus ad sexennium vsque regulariter prolongatus fuit. Hic Generalis, Paulo post Generalatus sui triennium, mortuus est, dum Hispanias visitaret, anno 1609.

XXXIV. Reuerendiss. P. DIDACVS ARIAS DE VALCARCEL, *Hispanus*, Commissus Granatensis. Vir, doctrina, morum integritate, præclaris animi dotibus, refulgens: & sanctissimæ Inquisitionis, in Hispania, doctissimus propositionum qualificator. Electus virtute 43. votorum. *c. Massil. 36. Et mortuus est in Hispania ex-* 1611.
pleto Generalatu.

XXXV. Reuerendiss. P. FRANCISCVS de MAYDA, *Italus Prouincia Calabria*; Etruriæ Prouincialis. Theologus & eloquentissimus Concionator. Electus 43. votorum suffragiis. *cap.6.* 1617.
Rom. 4. Hic anno 1621. à Paulo V. assumptus fuit, in Episcopum Lauellensem, in Apulia, & in officio Generalatus, vsque ad finem sexennij, ab eodem confirmatus. Quod etiam confirmauit Gregorius XV. sub datum Romæ 27. Aprilis eiusdem anni. Et mortuus est Romæ.

XXXVI. Reuerendiss. P. ÆGIDIVS CAMART, *Gallus*, Turoniæ Prouincialis; insigni pietate & doctrina, ac morum integritate præditus.
1623. Electus omnium votis, duobus exceptis. *cap. 7. Rom. 5. Hic, quondam fuit semel Prouincialis Aquitaniæ: bis Turoniæ: Visitator Generalis, in Gallia: Prædicator doctissimus, diuinarum humanarúmque scientiarum peritissimus. Ordini, & animabus, maximi profectus. Plurimorum Conuentuum, in optimis Galliæ ciuitatibus, dum in eisdem prædicaret; acceptator. Scripsit sermones quosdam, idiomate Gallico, pro octaua Sanctissimi Sacramenti. Consummatus in breui, mense scilicet decimo octauo sui Generalatus, expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Mortuus quippe est Paulæ, anno 1624. dum Prouinciam S. Francisci visitaret.*

XXXVII. Reuerendissimus P. FRANCISCVS A LONGOBARDIS, *Italus, miræ pietatis, patientiæ, abstinentiæ, charitatis, & humilitatis vir: Theologus, & deuotus admodum Prædicator. Qui cùm in solâ cruce Domini glorietur, primò, modium sub quo positus fuerat, licèt lucerna ardens, in captiuitate apud Turcas per quinquennium detentus, miris omnium virtutum illustrauit exemplis: vt ab Illustriss. D. de Valençay, S. Ioannis Hierosol. Commendatario, ipsius concaptiuo didici; à quo multa accepi, quæ modestiæ causâ sileo. Postmodum, prælaturas Ordinis fugiens, toti Religioni similiter lucet: supra Generalatus can-*
1630. *delabrum positus, à S. D. Vrbano* VIII. *anno* 1630. *die* 22. *Martij.*

Electus quippe fuerat in Generalem in cap. 3. Barchin.

Barchin. qui mortuo præterito Generali, ferè per quinquennium Vicarius Generalis extiterat. Cuius reelectioni, ad instar sanctorum Angelorum qui Daniel 10. memorantur, feruentissimo Zelo Religionis, & Regulæ nostræ obseruantiæ, se opposuit sanior pars Italiæ: in qua eminebant, R. P. Ioseph à Messana Prouincialis Neapolis: R. P. Ioannes Franciscus Geouagnonius, Prouincialis Lombardiæ: R. P. Deodatus Lomelinus Zelosus præteritus, virtute Breuis Apost. ad capit. admissus; de quo verbo Zelosus: *R.P. Laurentius de Peirinis, doctissimus S. Theologiæ professor & Canonista; tunc Commissus, nunc pro secunda vice Genuæ Prouincialis, cuius sæpè mentionem facimus: & R.P. Vincentius Consentinus Commissus Tusciæ aliàs Prouincialis, eruditissimus S. Theologiæ professor. Tota ferè Gallia, præcipuè R. P. Antonius du Pro, secundò Prouincialis Parisiensis, Religiosissimus etiã & eruditissimus S. Theologiæ professor: R. P. Ioannes du Bourg, pro secunda etiam vice Prouincialis Lugdunensis; zelantissimus & prudentissimus Religiosus & prædicator: Reuerendus P. Andreas Chavineau, Turoniæ tunc Commissus, nunc pro quarta vice Prouincialis; prædicator eximius, quondam Reginæ Margaritæ: Reuerendus P. Ioannes Saubard, tunc Commissus, nunc Prouincialis Lugdunensis; prædicator, & plurimorum S. Theologiæ professorum doctissimus & per antiquus magister. Et fœlicissimæ Religiosimæque memoriæ (vt alios multos, æque zelantes, & magni nominis Religiosos, omittam, breuitatis causa) R. P. Ioannes Sauuage Commissus Comitatus Burgũdiæ, celeberrimus Prædicator, de quo in Prouincia Flandriæ, verbo* Prouinciæ.

Tota Flandria. Tota Germania: licèt enim iustis de causis, quas ab illo Massiliæ accepi, in oppositione & appellatione se non prodiderit: R. P. Franciscus Richard, Germaniæ primò Vicarius Generalis, posteà Commissus, prædicator facundus, à Serenissimo Imperatore variisque Principibus, vt optimus & Zelantissimus Religiosus, valdè dilectus, cui Religio Germaniæ Conuentus omnes debet, vt patet in eodem Capit. sess. 5. à num. 45. ad 50. tamen, vt idem ibidem mihi retulit, & aliundè scio, Appellantium partes fouebat. Sicut & ex Hispania, aliqui, ex celebrioribus, sed sanè pauci nimis: idque prudenter & secretò, propter metum aduersariorum. Cogitabant hi Patres, Patriarchæ nostri mentem, nostrámque professionem Minimam, tam diuturnæ Prælaturæ directè repugnare: supernarúmque mentium, non autem Minimarum & humilium, esse duntaxat, in Officio indefessè perseuerare. Undè, ipsorum omnium nomine, debitas & iuridicas oppositiones, & ad Sanctissimum appellationes *constantissimè, alacriter & intrepidè in medio Capituli* fecerunt *prædicti* R. P. Ioannes du Bourg Prouincialis Lugdunensis, & R. P. Laurentius de Peirinis commissus Genuensis, vt patet in eodem Capitulo sessione tertia & quarta; *à num. 5. ad 9. Et cum cæteris Patribus in prædictis oppositione & appellatione ad mortem vsque perseuerantes, prouinciam illa prosequendi eidem R. P. Lomelino, & R. P. Petro Briam Prouinciæ Prouencæ tũc Comisso, nunc Collegæ Prouinciali, eruditissimo Theologo & Prædicatori, dederunt. Qui negotium istud, ita Romæ sunt prosecuti; vt tandem corona data sit, perseuerantibus.*

Sanctis

Sanctissimus quippè D. Vrbanus VIII. *vt patet ex eius Bulla quæ incipit* Iniuncti, *data Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris 22. Martij anno* 1630. S. Congregationis relatione & sententia audita; iustis de causis animum ipsius mouentibus; Electiones Generalis, trium Collegarum, ac Zelosi, in Capitulo Barchinonensi factas, Apostolica authoritate CASSAVIT: & NVLLAS ESSE ET FORE DECLARAVIT. Constituens & deputans Reuerendissimum P. Franciscum Longobardum Ordinis Vicarium Apostolicum, vsque ad futurum Generale Capitulum. R. P. Simonem Bachelier Zelosum. R. P. Ignatium à Neapoli Collegam Italum. R. P. Ioannem Kermarck Collegam Gallum; R. P. Ioannem Pinna de cœlis, Collegam Hispanum. Reliquas autem electiones, & acta quæcunque eiusdem Capituli confirmauit. Prætereà Vicarium Generalem dicti Ordinis, siue à Sede Apost. pro tempore deputatum, siue à Capitulo electum; de cætero, nullatenus posse immediatè eligi in Generalem, sed tandiù debere ab officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit: sicque obseruari, à quibuscumque iudicibus, etiam legatis à latere, & à Sedis Apost. Nunciis iudicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his, à quoquam, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decreuit. Non obstantibus, &c.

Gladius.

1514. Nullus ex nostris Fratribus, gladios acutos habeat. *c. Tholos.* 1614.

Gradus Magisterij.

Non suscipiendus. Vbique obseruetur, quòd nullus ad Magisterij, seu alium gradum assumatur. *R.F.* 41.

Contrauenientiũ pœna. Si quis verò, Magisterij gradum susceperit, ab omni prælationis officio perpetuò priuetur: & in primo suæ professionis loco, humiliter permaneat. *Cor.* 86.

H

Habitus.

Clericorum & Laicorum. Caputium. OMnium Fratrum Clericorũ & Laicorum habitus sit talaris, & honestus: de panno abiecto, ex lana naturaliter nigra, & sine tinctura contexto. Illorum etiam caputium, eiusdem coloris existat: & antè, ac retrò, vsque ad medium femoris, vel circà, protendatur. *R.F.* 4.

Cingulum. Habeant præterea rotundum Cingulum laneum, similis coloris, prænodatum quinque simplicibus nodis. Quod quidem

quidem Cingulum, ſimul cum Habitu & Caputio, prædictis Fratribus ipſis, die, noctúque dimittere non licebit: niſi cauſa mutationis, mundationis, aut reparationis: vel alicuius euidentis infirmitatis. Super hoc tamen, primitus onerata Medici conſcientia. *ibid.* 5.

Similibus indumentis vtantur cuncti Fratres Nouitij, Clerici & Laici: excepto quòd, eorum Cingulum rotundum, nodis tantum tribus nodabitur: & ipſorum Caputium, vſque ad Cingulum ipſum duntaxat, ita quòd cingi non valeat, protendetur. *ibid.* 6. *Nouitiorum.*

Fratres autem Oblati, deferant Habitum coloris præfati: vſque ad ſuram, vel citcà, & non vltrà protenſum. Habeant etiam Cingulum rotundum, nodis ſolùm quatuor prænodatum. Ipſi præterea, vtantur decenti Caputio, adiuncta Corneta; vel conuenienti Birro: ſecundùm exigentiam regionis. *ibid* 7. *vide*, Oblati. *Oblatorum.*

Poterunt inſuper ſinguli, provt exegerit neceſſitas, ſuo ſub habitu, portare Tunicas, & Tunicellas: ex humili pauno, ac de ſtaminea: & ſimiliter femoralia, & Caligas, ſuper genua competenter porrectas. Poterunt etiam ipſi cuncti, ad libitum *Tunica, Tunicella. Femoralia, Caligæ. Clamis.*

X. Reuerendiss. P. FRANCISCVS BELLAMATÆ, *Gallus ex Prouincia Parisiensi.* Electus 21.
1532. vocum suffragiis. *cap.* 1. *Genu.* 26. *Hic Doctus fuit & eloquens; & prædicator Apostolicus. Et mortuus est.*

XI. Reuerendiss. P. GASPAR de FOSSO, *Italus* Capituli Præsidens, in absentia, Reuerendissimi P. Generalis præteriti, Calabriæ Prouincialis: Electus, 19. vocum vigore. *cap. Paulit.*
1535. 1.8. *Fuit ex celebrioribus, & Doctoribus sui temporis prædicatoribus: bis in Ordine Generalis, secunda vice, electus absens: Semel Zelosus à Paulo III. Episcopus Scalæ postea factus: à Iulio III. translatus ad Episcopatum Caluensem, & à Pio IV. Archiepiscopus Reginus confirmatus, ad nominationem & instantiam Philippi II. Catholici Hispan. Regis. Eius vitam vide in Historia Generali Ordinis. lib.* 2.

XII. Reuerendiss. P. BERNARDVS DE FABRO, *Gallus: ex Prouincia Tholosana,* Electus 50. votis. Quem, humiliter & cum lacrymis tantùm onus renuentem, ad Templum, Deum laudantes & congaudentes, deduxeruut Patres. Vbi præstandæ obedientiæ arrham, & reuerentiæ primitias, eidem Patri Generali, ma-
1538. nuum deosculatione, obtulerunt. *c.* 1. *Bonon.* 30. *Et mortuus est.*

XIII. Reuerendiss. P. GASPAR DE FOSSO, *Italus, de quo Gener.* 11. Electus absens, omnium
1541. votis, vnico excepto. *c.* 1. *Valent.* 14. *Et mortuus est.*

XIV. Reuerendissimus P. MARCELLVS PALMERIVS, *Italus, ex Prouincia Calabria.* Ele-
1544. ctus omnium votis, vnico excepto. *c.* 2. *Bonon.* 4.

XV.

XV. Reuerendus admodum P. SIMON GVICHARDVS, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi,* Electus 24. votis. *c.*1. *Foroiul.*5. Hic petiit à Capitulo, vt deinceps non vocaretur Reuerendissimus. Cuius petitioni, acquieuêre Patres: concludentes, vt Generalis deinceps vocaretur Reuerendus. *ibid.*9. *Et mortuus est. Viri huius pietate & doctrina eminentissimi, vitam & fœlicem mortem, vide in eadē Historia Generali, lib.*3. 1547.

XVI. Reuerendus admodum & bene meritus P. IOANNES MALRAS, *Gallus, ex Prouincia Tholosana.* Electus 31. votis. *c.*2. *Valent.*5. *Hic è Cōsiliario Regio Henrici II. Galliarum Regis, Minimitanam professus est humilitatem. Et ab eodem Christianissimo Rege, ad Iulium III. missus Orátor, pro magni ponderis negotiis peragendis, Capitulo sequenti interesse non potuit, vnde R. P. Ioanni Sutoris vices suas commisit. Et mortuus est.* 1550.

XVII. Reuerendus P. HVGO de CALCE, *Gallus ex Prouincia Tholosana, Zelosus prateritus, pro quarta vice.* Electus 22. votis. *cap.*2. *Genu.*3. *Et mortuus est.* 1553.

XVIII. Reuerendus P. HIERONYMVS ARNONVS, *Italus, ex Prouincia Calabriæ.* Electus 27. votis. Hic se excusans, suísque humeris tantam non valens Prouinciam sustinere, dicens: genibus flexis, omni iuri per huiusmodi electionem acquisito, renunciare voluit. At Patres non acquieuerunt. *cap.*2. *Foroiul.*6. *Et mortuus est.* 1556.

XIX. Reuerendus P. IOANNES DE BELRISGVARDO, *Gallus ex Prouinciæ Parisiensi.* Ele-

P ctus

1559. ctus 38.votis. *cap.3.Genu.13.Et mortuus est.*

XX. Reuerendissimus P. IOANNES IVDA, *Gallus, ex Prouincia Parisiensi,* de Religione benemeritus. Electus 34.votis, absens, & Romæ
1562. Zelosi officio meritissimè fungens. *cap.3. Valent.*10. Huic redditus fuit titulus Reuerendissimi, *num.17. Quo deinceps vsque in diem hanc, insigniti fuère nostri Generales.Et mortuus est.*

XXI. Reuerendissimus P.IOANNES A FLVMINE FRIGIDO, *Italus ex Prouincia Calabriæ.*
1565. Electus.*cap.3.Foroiul. quod non extat. Et mortuus est.*

XXII.Reuerendissimus P.MARCELLVS PALMERIVS, *Italus ex Prouincia Calabriæ:* Vir vndique circunspectus, ac de Religione per multos annos benemeritus: 25. suffragiis Electus,
1568. *pro secunda vice,c.4.Rom.11.Et mortuus est.*

XXIII. Reuerendiss. P.GASPAR PASSARELLVS, *Italus, ex Prouincia Apuliæ.* Electus om-
1571. nium votis, vnico duntaxat excepto. *cap.4. Valent.56. Fuit ex doctioribus & celebrioribus sui temporis prædicatoribus: Sacri Ordinis nostri lumen & decus: in Sacrorum Canonum scientia valdè peritus.Undè & priuilegia nostra collegit, & Capitula Generalia compilauit.Et mortuus est.*

XXIV. Reuerendiss. P. VALENTINVS DE MASSA *Italus, ex Prouincia terræ laboris.*Electus
1574. omnium votis, tribus exceptis. *cap. 4. Genu.36. Et mortuus est.*

XXV. Reuerendiss. P. IOSEPH LE TELLIER, *Gallus,ex Prouincia Parisiensi.* Electus omnium
1578. ferè votorum suffragio. *cap.1. Auen.4. Viri huius*

huius Religiosissimi & Zelantissimi, vitam, & obitum fœlicem, vide in eadem Historia lib. 3. Et mortuus est.

XXVI. Reuerendiss. P. ALPHONSVS VILLAMAIOR, Hispanus ex Prouincia Andalosiæ. Electus omnium votis, vnico excepto, tanquam de Religione benemeritus. *c.1. Barchin. 23. Et mortuus est.* 1581.

XXVII. Reuerendiss. P. STEPHANVS à FRANCICA, *Italus* Prouincialis Calabriæ. Electus omnium votis, præter vnum. *cap.5. Genu.26. Et mortuus est.* 1584.

XXVIII. Reuerendiss. P. GREGORIVS A PAVLA, *Italus*, Prouincialis Tusciæ. Electus virtute 25. votorum. *cap.5. Rom.7. Fuit ex disertissimis publicè & priuatim, & ex doctioribus sui tẽporis Prædicatoribus. Per sexenniũ Generalatus officio functus est, authoritate Apostolica. Tandem cùm esset Collega Reuerendiss. P. Didaci Arias, à Paulo V. factus est Episcopus Neocesareensis. Et mortuus est.* 1587.

XXIX. Reuerendiss. P. ISIDORVS SAMBLASIVS *Italus*, Tusciæ Prouincialis. Electus omnium votis, vno excepto. *cap.5. Valent.5.* 1593.

XXX. Reuerendiss. P. PETRVS de MENA, *Hispanus*, Prouincialis Castellæ. Electus omnium votis, excepto vnico. *cap.6. Genu.4. Hic lingua Hispana B. P. Francisci de Paula vitam scripsit, Et mortuus est.* 1596.

XXXI. Reuerendiss. P. HIERONYMVS DVRANDVS, *Gallus*. Prouincię Prouencę, Prouincialis benemeritus: pietate insignis. Qui summa humilitate, profusísque lacrymis, Generalatus

onus renuebat. Electus omnium votis, vnico
1599. excepto.*cap.2. Auen.26. Hic, cum posset esse Senator Regius seu Consiliarius supremi Senatus Aquensis, post Patrem, Ordinis habitum suscepit: fuit ex celebrioribus totius Galliæ Prædicatoribus: disertissimus & efficacissimus ad persuadendum. Per sexennium, Zelosatus officio dignissimè functus est Romæ. Pro tertia vice Prouincialis fuit in Prouincia Prouença: in quarum prima, Prouincia hæc, vnita erat Lugdunensi. Fuit Collega & Definitor. In senectute denique prouecta, bis Corrector Massiliensis. Et mortuus est Aquis Sextijs.1626.*

XXXII. Reuerendiss. P. PETRVS HEBERT, *Gallus Prouinciæ Franciæ.* Collega præteriti Generalis. Electus omnium votis, vnico excepto, ingenti mœrore confectus: & ad tantum onus sufferendum, se vires impares habere profe-
1602. rens. *cap. 2. Barchin. 22.* Obnixè rogauit Patres, ne sibi deinceps Reuerendissimi titulus exhiberetur, sed solùm Reuerendi: quod nullo modo passi sunt Patres. ibid. 27. *Pietate, prudentia, doctrina, & mira in prædicando facundia, sed maximè humilitate clarus fuit. Vndè anno 1614. videns Patres Prouinciæ Franciæ se accingere ad illum eligendum in Prouincialem, exemptionem ab omnibus Officiis Ordinis exercendis, quam secretò à Reuerendissimo obtinuerat, humiliter protulit: sicque, dolentibus capitulantibus, ab hoc prouincialatu liber euasit. Ad instantiam tamen Patrum dictæ Prouinciæ, reuocata fuit illa exemptio: & R.P. Hebert, posteà, vltrà alias vices, in Prouincialem est electus, in eadem Prouincia. In qua, finitis*

variis

variis Prouincialatibus; Informatoris Nouitiorum munus, semper exercere dignabatur. Et mortuus est, in Conuentu Nigeonensi apud Parisios, in senectute bona.

XXXIII. Reuerendiss. P. STEPHANVS AVGERIVS, *Gallus*, Vicarius Prouincialis Venetiarum. Vir, prudentia, probatisque moribus conspicuus: & in negotiis Religionis peragendis, peritissimus. Electus omnium suffragiis, tribus exceptis. *cap.7.Genu.3. Ab huius* 1608.
electione, authoritate Apostolica, Generalatus ad sexennium vsque regulariter prolongatus fuit. Hic Generalis, Paulo post Generalatus sui triennium, mortuus est, dum Hispanias visitaret, anno 1609.

XXXIV. Reuerendiss. P. DIDACVS ARIAS DE VALCARCEL, *Hispanus*, Commissus Granatensis. Vir, doctrina, morum integritate, praeclaris animi dotibus, refulgens: & sanctissimae Inquisitionis, in Hispania, doctissimus propositionum qualificator. Electus virtute 43. votorum. *c.Massil.36. Et mortuus est in Hispania ex-* 1611.
pleto Generalatu.

XXXV. Reuerendiss. P. FRANCISCVS de MAYDA, *Italus Prouinciae Calabriae*; Etruriae Prouincialis. Theologus & eloquentissimus Concionator. Electus 43. votorum suffragiis. *cap.6.* 1617.
Rom.4. Hic anno 1621. à Paulo V. assumptus fuit, in Episcopum Lauellensem, in Apulia, & in officio Generalatus, vsque ad finem sexennij, ab eodem confirmatus. Quod etiam confirmauit Gregorius XV. sub datum Romae 27. Aprilis eiusdem anni. Et mortuus est. Romae.

XXXVI. Reuerendiss. P. ÆGIDIVS CAMART, *Gallus*, Turoniæ Prouincialis; insigni pietate & doctrina, ac morum integritate præditus.
1623. Electus omnium votis, duobus exceptis. *cap. 7. Rom. 5. Hic, quondam fuit semel Prouincialis Aquitaniæ: bis Turoniæ: Visitator Generalis, in Galliâ: Prædicator doctissimus, diuinarum humanarúmque scientiarum peritissimus. Ordini, & animabus, maximi profectus. Plurimorum Conuentuum, in optimis Galliæ ciuitatibus, dum in eisdem prædicaret; acceptator. Scripsit sermones quosdam, idiomate Gallico, pro octaua Sanctissimi Sacramenti. Consummatus in breui, mense scilicet decimo octauo sui Generalatus, expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Mortuus quippe est Paulæ, anno 1624. dum Prouinciam S. Francisci visitaret.*

XXXVII. Reuerendissimus P. FRANCISCVS A LONGOBARDIS, *Italus, miræ pietatis, patientiæ, abstinentiæ, charitatis, & humilitatis vir: Theologus, & deuotus admodum Prædicator. Qui cùm in sola cruce Domini glorietur, primò, modium sub quo positus fuerat, licèt lucerna ardens, in captiuitate apud Turcas per quinquennium detentus, miris omnium virtutum illustrauit exemplis: vt ab Illustriss. D. de Valençay, S. Ioannis Hierosol. Commendatario, ipsius concaptiuo didici; à quo multa accepi, quæ modestiæ causa sileo. Postmodum, prælaturas Ordinis fugiens, toti Religioni similiter lucet: supra Generalatus can-*
1630. *delabrum positus, à S. D. Vrbano* VIII. *anno* 1630. *die* 22. *Martij.*

Electus quippe fuerat in Generalem in cap. 3. Barchin.

Barchin. qui mortuo præterito Generali, ferè per quinquennium Vicarius Generalis extiterat. Cuius reelectioni, ad instar sanctorum Angelorum qui Daniel 10. memorantur, feruentissimo Zelo Religionis, & Regulæ nostræ obseruantiæ, se opposuit sanior pars Italiæ: in qua eminebant, R. P. Ioseph à Messana Prouincialis Neapolis: R. P. Ioannes Franciscus Geouagnonius, Prouincialis Lombardiæ: R. P. Deodatus Lomelinus Zelosus præteritus, virtute Breuis Apost. ad capit. admissus; de quo verbo Zelosus; *R.P. Laurentius de Peirinis, doctissimus S. Theologiæ professor & Canonista; tunc Commissus, nunc pro secunda vice Genuæ Prouincialis, cuius sæpè mentionem facimus: & R.P. Vincentius Consentinus Commissus Tusciæ aliàs Prouincialis, eruditissimus S. Theologiæ professor. Tota ferè Gallia, præcipuè R. P. Antonius du Pro, secundò Prouincialis Parisiensis, Religiosissimus etiã & eruditissimus S. Theologiæ professor: R.P. Ioannes du Bourg, pro secunda etiam vice Prouincialis Lugdunensis; zelantissimus & prudentissimus Religiosus & prædicator: Reuerendus P. Andreas Chavineau, Turoniæ tunc Commissus, nunc pro quarta vice Prouincialis; prædicator eximius, quondam Reginæ Margaritæ: Reuerendus P. Ioannes Saubard, tunc Commissus, nunc Prouincialis Lugdunensis; prædicator, & plurimorum S. Theologiæ professorum doctissimus & per antiquus magister. Et fœlicissimæ Religiosimæque memoriæ (vt alios multos, æque zelantes, & magni nominis Religiosos, omittam, breuitatis causa) R. P. Ioannes Sauuage Commissus Comitatus Burgũdiæ, celeberrimus Prædicator, de quo in Prouincia Flandriæ, verbo* Prouincia;

Tota Flandria. Tota Germania: licèt enim iustis de causis, quas ab illo Massiliæ accepi, in oppositione & appellatione se non prodiderit: R. P. Franciscus Richard, Germaniæ primò Vicarius Generalis, posteà Commissus, prædicator facundus, à Serenissimo Imperatore variisque Principibus, vt optimus & Zelantissimus Religiosus, valdè dilectus, cui Religio Germaniæ Conuentus omnes debet, vt patet in eodem Capit. sess. 5. à num. 45. ad 50. tamen, vt idem ibidem mihi retulit, & aliundè scio, Appellantium partes fouebat. Sicut & ex Hispania, aliqui, ex celebrioribus, sed sanè pauci nimis: idque prudenter & secretò, propter metum aduersariorum. Cogitabant hi Patres, Patriarchæ nostri mentem, nostrámque professionem Minimam, tam diuturnæ Prælaturæ directè repugnare: supernarúmque mentium, non autem Minimarum & humilium, esse duntaxat, in Officio indefessè perseuerare. Vndè, ipsorum omnium nomine, debitas & iuridicas oppositiones, *&* ad Sanctissimum appellationes *constantissimè, alacriter & intrepidè in medio Capituli* fecerunt *prædicti* R. P. Ioannes du Bourg Prouincialis Lugdunensis, & R. P. Laurentius de Peirinis commissus Genuensis, vt patet in eodem Capitulo sessione tertia & quarta; *à num. 5. ad 9. Et cum cæteris Patribus in prædictis oppositione & appellatione ad mortem vsque perseuerantes, prouinciam illã prosequendi eidem R. P. Lomelino, & R. P. Petro Briam Prouinciæ Prouencæ tũc Commisso, nunc Collegæ Prouinciali, eruditissimo Theologo & Prædicatori, dederunt. Qui negotium istud, ita Romæ sunt prosecuti; vt tandem corona data sit, perseuerantibus.*

Sanctissimus quippè D. Vrbanus VIII. *vt patet ex eius Bulla quæ incipit* Iniuncti, *data Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris 22. Martij anno* 1630. S. Congregationis relatione & sententia audita; iustis de causis animum ipsius mouentibus; Electiones Generalis, trium Collegarum, ac Zelosi, in Capitulo Barchinonensi factas, Apostolica authoritate CASSAVIT: & NVLLAS ESSE ET FORE DECLARAVIT. Constituens & deputans Reuerendissimum P. Franciscum Longobardum Ordinis Vicarium Apostolicum, vsque ad futurum Generale Capitulum. R. P. Simonem Bachelier Zelosum. R. P. Ignatium à Neapoli Collegam Italum. R. P. Ioannem Kermarck Collegam Gallum; R. P. Ioannem Pinna de cœlis, Collegam Hispanum. Reliquas autem electiones, & acta quæcunque eiusdem Capituli confirmauit. Prætereà Vicarium Generalem dicti Ordinis, siue à Sede Apost. pro tempore deputatum, siue à Capitulo electum; de cætero, nullatenus posse immediatè eligi in Generalem, sed tandiù debere ab officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit: sicque obseruari, à quibuscumque iudicibus, etiam legatis à latere, & à Sedis Apost. Nunciis iudicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his, à quoquam, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decreuit. Non obstantibus, &c.

quidem Cingulum, ſimul cum Habitu & Caputio, prædictis Fratribus ipſis, die, noctúque dimittere non licebit: niſi cauſa mutationis, mundationis, aut reparationis: vel alicuius euidentis infirmitatis. Super hoc tamen, primitus onerata Medici conſcientia. *ibid.* 5.

Similibus indumentis vtantur cuncti Fratres Nouitij, Clerici & Laici: excepto quòd, eorum Cingulum rotundum, nodis tantum tribus nodabitur: & ipſorum Caputium, vſque ad Cingulum ipſum duntaxat, ita quòd cingi non valeat, protendetur. *ibid.* 6. *Nouitiorum.*

Fratres autem Oblati, deferant Habitum coloris præfati: vſque ad ſuram, vel circà, & non vltrà protenſum. Habeant etiam Cingulum rotundum, nodis ſolùm quatuor prænodatum. Ipſi prætereà, vtantur decenti Caputio, adiuncta Corneta, vel conuenienti Birro: ſecundùm exigentiam regionis. *ibid* 7. *vide*, Oblati. *Oblatorum.*

Poterunt inſuper ſinguli, provt exegerit neceſſitas, ſuo ſub habitu, portare Tunicas, & Tunicellas: ex humili pauno, ac de ſtaminea: & ſimiliter femoralia, & Caligas, ſuper genua competenter porrectas. Poterunt etiam ipſi cuncti, ad *Tunica, Tunicella. Femoralia, Caligæ. Clamis.*

libitum

libitum , Clamide coloris sui Habitus, nusquam rugata vel crispata, vsque ad suram, vel circà protensa, intus & foris vti. *ibid.* 9.

Cucullum. Soli autem fratres professi, habeant cucullum ad caput tegendum aptum, suis Clamidibus posterius consutum. Præfati verò Fratres Oblati, intùs & extrà, ad nutum vtantur mantello clauso ; ad modum sui Habitus, vel circà longo : absque aliquo Caputio seu Cucullo. *ibid.* 10.

Sororũ habitus. Omnium Sororum Habitus, sit talaris & honestus, de panno abiecto : ex lana naturaliter nigra, & sine tinctura contexto. *Caputium.* Prætereà, illarum Caputium eiusdem coloris existat : & vsque ad scapulas vel *Velaria.* circà, super honesta Velaria protendatur; & ad perstringendum aptetur. Habeant *Cingulum.* etiam rotundum Cingulum laneum, similis coloris ; prænodatum quinque simplicibus nodis. Quod quidem Cingulum, simul cum habitu & Caputio, præfatis eisdem Sororibus, die, noctúque dimittere non licebit: nisi causa mutationis, mundationis, aut reparationis, vel alicuius euidentis infirmitatis : super hoc, tamen, primitus onerata Medici conscientia. *R. S.* 5.

Similibus

Similibus indumentis, vti habebunt Sorores Nouitiæ: excepto quod ipsæ, & pariformiter Oblatæ Nouitiæ, loco cinguli rotundi, Zonam coloris habitus sui, simpliciter portabunt. Caputium autem, nõ deferant ipsæ Nouitiæ: sed loco ipsius, gerant Birrum humilis coloris, & desuper velum honestum. Dictæ autem Oblatæ, post earum professionem, rotundo Cingulo vtãtur, sicut & Sorores professæ; vnico nodo duntaxat excluso. Præterea, suum Habitum, Sororum habitu paulò breuiorem deferant: & honesta velaria, cum decenti Birro portent. *ibid. 6.* *Nouitia.* *Zona Nouitiarum.* *Birrum.* *Oblatæ.*

Poterunt insuper singulæ sorores, ac Oblatæ, vt exegerit necessitas, sub dicto suo Habitu, portare Tunicas & Tunicellas; ex humili panno, ac de staminea. Similiter & Caligas honestas, super genua competenter porrectas, licitè portare: & clamide coloris Habitus sui, absque aliquo Cucullo, ad libitum vti. Huiusmodi verò Clamidem, Sorores ipsæ, vsque ad nodum pedis: Oblatæ autem præfatæ, illam, vsque ad suras, vel circa protensam, humiliter portabunt. *ibid. 7.* *Tunica. Tunicella.* *Caligæ.* *Clamis.* *Oblatarum.*

Omnium Fratrum & Sororum Regulæ vtriusque sexus, exteriora vestimenta, *Fratrũ & Sororũ Reg. vtriusque Sexuis habitus.*

iuxta

iuxta cuiuſpiam ſtatum & conditionem, ſint veſtibus Fratrum eiuſdem Ordinis Minimorum, penitus, aut quaſi ſimilia: vel ſint alterius decentis & honeſti coloris. Præter eà Cingulum duobus nodis duntaxat nodatum, ab eiuſdem Ordinis Minimorum Correctoribus, vel ab eis Commiſſis, deuotè recipiant: & in illorum manibus, opportuno tempore profeſſionem emittant: ſi ſub hac ſalubri Regula, perſeueranter militare voluerint. *R.V.S.*16.

Cingulum.

Camiſias deferentiũ & ſine habitu dormientiũ pœnæ.

Si quis delinquens contrà tertium capitulum Regulæ huius Ordinis, lineas camiſias detulerit, aut abſque Habitu dormierit: ſi talis ſubditus ſit, ſpatio quinque dierum vino & pictantia careat. Si autem Prelatus exiſtat taliter delinquens, tribus continuis menſibus, ab officio ſuſpendatur. *Cor.* 19.

Habitus vt dandi.

Corrector Localis, conſilium à Senioribus ſumat, ſuper nouis veſtibus faciendis. *Cor.*72.

Æqualiter diſtribuẽdi.

Si aliquando Corrector Generalis, vel Vigiles, aut Prouinciales, vel eorum Viceſgerentes; durantibus eorum viſitationibus, in huius Ordinis Conuentibus, inuenerint aliquos eiuſdem Ordinis Fratres,

tres, aut Oblatos, Vestimentis vel Tunicis, aut Tunicellis, vel Caputiis abundantes; & alios ipsis egentes: talibus egentibus, in sua præsentia prouidere faciant: & Localem Correctorem, ac eius Socios, super inæquali distributione, acritèr corrigant. Veruntamen, si aliquando causa frigiditatis, aut infirmitatis, aliquis se pluribus tunicis egere asserat: illi, tanquam Dei seruo credatur: & eidem, iuxta loci facultatem, charitatiuè prouideatur. Vbi verò supplere non posset conuentus facultas, ob Iesum Christum patienter ferre, moneatur talis egens. *ibid.* 109.

Aliàs acriter puniatur Corrector & Seniores.

Attendenda necessitas.

Habitū dimittentium pœna.

Fratres, habeant Habitum polymiticum, seu talarem, hoc est circa talos protensum: ita quòd, non defluat vsque ad terram: etiam quòd non sit nimia breuitate correptus. Manicæ verò sint latitudinis duarum palmarum simplicium, & hoc circa cubitos. In fine verò, sint latitudinis vnius palmæ & semis, & longæ vsque ad pollicis extremitatem. In superiori parte, circa scapulas, sint latitudinis eiusdem. Latitudo verò prædicti Habitus, fiat ad commensurationem cuiuslibet Fratris: cum ea discretione, quod supe

Habitus longitudo.

Manicarū latitudo.

ſuperfluum erit ſemper cauendum : & Fratris commoditas, quærenda ſit. *Cor.* 20.

Habitũ dimittentium pœna. Habitum noſtrum dimittentes, vt alium, vel Regularem, vel Secularem aſſumant: ſi redierint, etiam ſi tranſacto quadriennio rehabilitentur, non poſſunt
1541. præfici vſque ad decennium. *cap.* 1. *Bonon.* 10.

Prohibetur familiariter conuerſari cũ illis, niſi verè pœniteant, & ad ſuæ profeſſionis ſtatum reuertantur. Non debet eis permitti, Conuentus noſtros ingredi, vel Miſſas in eis celebrare, vel Sacramenta adminiſtrare. Prohibetur, particularia munera ab illis recipere, ſed tantùm quæ toti dabuntur Communitati. Qui contrarium fecerit, prima vice comedat panem & aquam. Secunda, panem & aquam habeat, cum diſciplina. Tertia, per menſem incarceretur. Itẽ nullus ad eos ſcribat, nec ab eis literas accipiat. *ibid. Vide* Ordo.

Videtur, hæc ſtatuta intelligi debere, de ijs qui habitum dimittunt, virtute breuis alicuius Apoſtolici: cæteri enim arripiendi eſſent, & incarcerandi. Quod tamen reſtringendum videtur ad eos, qui ſubreptitiè breuia Apoſtolica obtinent, abſque egreſſionis ab Ordine *cauſa*

causa legitima. Nulla enim suppetere videtur ratio, cur egressus ab Ordine, cum Apostolica dispensatione, ratione infirmitatis cum vita nostra incompatibilis, ita à nobis rigorosè tractari debeat, sicut in præcedentibus statutis est ordinatũ. Nisi fortè velimus dicere, moriendum potiùs esse vero Religioso, vt piissimos multos fecisse vidi, quàm respicere retrò, quocumque infirmitatis & dispensationis prætextu non obstante; vbi semel ad aratrum Religionis manum misit, vt aptus sit regno Dei. Item, periculosam esse nobis, huiusmodi ad sæculum redeuntium conuersationem: sicut & illorum exemplum. Per antiqua nãque familiaritas, ad illis negotia Religionis communicãda, facilem viam sternit. Ex quo, maxima damna Religioni possent aduenire. Vndè difficultatis huius, clariorem desiderarem explicationem dari, ab aliquo Generali Capitulo.

Hæresis.

Memores Patres, olim in Capitulo 3. Genuensi 12. fuisse acceptatam Bullam Pauli IV. contra Hæreticos & Schismaticos: qua cauebatur, eos qui à fide Catholica deuiasse, aut in aliquam Hæresim incidisse, deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint; siue in posterum deuia-

In illam lapsorũ pœna. 1559.

bunt, seu in Hæresim incident, deprehendentur, aut confitebuntur seu conuincentur, cuiusuis Ordinis existant: eo ipso, suis dignitatibus, nec non, voce actiua & passiua, omníque authoritate, penitus & in totum, perpetuò priuari: & ad illa de cætero inhabiles & incapaces esse, nec vllo vnquam tempore, ad eorum pristinum statum, vel alium honorem, vel vocem actiuam & passiuam, restitui, reponi & reintegrari, aut rehabilitari posse: nisi ex beneficio sedis Apostolicæ id reportauerint. Hac ergo nostra in perpetuum valitura constitutione, vigore dictæ Bullæ, præsentatæ coram pleno Capitulo per P. F. Gasparem Passarellum, sancimus, statuimus, decernimus, & definimus; quòd omnes & singuli Fratres nostri Ordinis, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse à fide Catholica, seu in Hæresim incidisse, deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint: seu in posterum deuiabunt, aut in Hæresim incident: vltrà omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas, quomodolibet statutas, & promulgatas contra Hæreticos: sint eo ipso, absque alia declaratione, perpetuò actibus priuati legitimis: & à suis, si quæ habent,

bent, suspensi officiis. Cum expressa declaratione, quòd si qui per sanctam Sedem Apostolicam, olim fuerint rehabilitati; vel in posterum rehabilitentur: non intelligantur rehabilitati, quo ad dignitatem Prçlaturç. Verùm, id intelligēdum esse voluerunt Patres, de iis qui fuerint puniti à S. Inquisitione; vel à suis respectiuè superioribus Prælatis. *cap.* 4. *Valent.*45. 1571.

Quoniam qui propriam famam negligit, parui ponderis esse videtur. Ne accidat, quòd aliqui postposito Dei Religionísque metu, discriminibus immergantur, ita vt Inquisitio in illos inuehat; & tandem habilitati, in Religionis dedecus, dignitates publicas appetant, & ambiant. Decernunt Patres, innouantes statutum Capituli 4. Valent. quòd qui deinceps à S. Inquisitione puniti fuerint; ex causa hæreticæ prauitatis, & non ex alia; nunquam præfici valeant, & pœnis prædicti statuti subiaceant. *cap.* 1. *Auen.* 18. 1578. *cap.* 5. *Genu.*29. 1584.

Innouantur.

Prima autem Octobris 1626. *in Generali Congregatione S.R.& Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico montis Quirinalis, coram S. D. N. D. Vrbano VIII. ac emi-*

pentissimis & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardin. in vniuersa Republica Christiana, aduersus Hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus; à S. Sede Apost. specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. iustis de causis animum suum mouentibus, decreuit & statuit: vt in posterum, Regulares omnes, cuiusuis Ordinis, Religionis, Societatis, & Instituti; quibus pro delictis ad S. Inquisitionis Officium spectantibus, pœnitentiæ genus aliquod impositum fuerit: (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso, ad omnes Religionis suæ gradus, & officia, inhabiles censeantur. Vt deinceps, etiamsi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint; ad illa tamen promoueri nullatenus possint; nisi priùs obtenta à S. D. N. vel ab hac S. Congregatione coram Sanctissimo habenda, speciali & expressa rehabilitationis gratia. Aliàs, promotio quælibet nulla sit: & promouentes ipsi, priuationem suorum officiorum, ac propterea vocis actiuæ & passiuæ, ipso facto incurrant. Ad quæ restitui, nisi ab eodem S. D. N. vel ab eadem S. Congregat. coram Sanctissimo habenda, non possint. Præsens autem decretum, omnibus Religionum Superioribus

bus intimari mandauit, idem S. D. N.

THOMAS DE FEDERICIS S. R. ac vniuersalis Inquisitionis Notarius Substitutus, de mandato.

Circa quod decretum, notandum ex Peirinis super Constitutione 9. Pauli V §. 2. num. 30. pœnitentias salutares dici, quæ solæ extraiudicialiter infliguntur, & priuatim & in secreto complentur. Cæterum Passarellus in Scholiis ex Genu. multis probat, post Gratianum d. 50. cap. Si post ordinationem, *quod lapsi sunt reparandi, & ad altiora promouendi. Et pro hoc; faciunt Canones* Ponderet, Et purgabit, Quia Sanctitas; & alij multi. *Sed loquuntur hi Canones, de iis qui veram & condignam pœnitentiam egerunt, non de aliis. Vt enim habetur c.* Absit. *in eadem d.* Absit à Romana Ecclesia, vigorem (*rigorem*) suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis, euersa fidei maiestate (*disciplina*) dissoluere: vt cum adhuc non tantùm iaceant, sed & cadant euersorum Fratrum ruinæ; (*ruentes Fratres*) properata nimis remedia communicationum, vtique nō profutura, præstentur: & noua, per misericordiam falsam, vulnera; veteribus transgressionis vulneribus, imprimantur: vt miseris, ad euersionem majorē, eripiatur pœnitētia. Vbi enim poterit indulgentiæ

XXXVI. Reuerendiss. P. ÆGIDIVS CAMART, *Gallus*, Turoniæ Prouincialis; insigni pietate & doctrina, ac morum integritate præditus.
1623. Electus omnium votis, duobus exceptis. *cap. 7. Rom. 5. Hic, quondam fuit semel Prouincialis Aquitaniæ: bis Turoniæ: Visitator Generalis, in Galliæ: Prædicator doctissimus, diuinarum humanarúmque scientiarum peritissimus. Ordini, & animabus, maximi profectus. Plurimorum Conuentuum, in optimis Galliæ ciuitatibus, dum in eisdem prædicaret; acceptator. Scripsit sermones quosdam, idiomate Gallico, pro octaua Sanctissimi Sacramenti. Consummatus in breui, mense scilicet decimo octauo sui Generalatus, expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Mortuus quippe est Paulæ, anno 1624. dum Prouinciam S. Francisci visitaret.*

XXXVII. Reuerendissimus P. FRANCISCVS A LONGOBARDIS, *Italus, miræ pietatis, patientiæ, abstinentiæ, charitatis, & humilitatis vir: Theologus; & deuotus admodum Prædicator. Qui cùm in sola cruce Domini glorietur, primò, modium sub quo positus fuerat, licèt lucerna ardens, in captiuitate apud Turcas per quinquennium detentus, miris omnium virtutum illustrauit exemplis: vt ab Illustriss. D. de Valençay, S. Ioannis Hierosol. Commendatario, ipsius concaptiuo didici; à quo multa accepi, quæ modestiæ causa sileo. Postmodum, prælaturas Ordinis fugiens, toti Religioni similiter lucet: supra Generalatus can-*
1630. *delabrum positus, à S. D. Vrbano* VIII. *anno* 1630. *die* 22. *Martij.*

Electus quippe fuerat in Generalem in cap. 3. Barchin.

Barchin. qui mortuo præterito Generali , ferè per quinquennium Vicarius Generalis extiterat. Cuius reelectioni, ad instar sanctorum Angelorum qui Daniel 10.memorantur, feruentissimo Zelo Religionis, & Regulæ nostræ obseruantiæ , se opposuit sanior pars Italiæ: in qua eminebant , R. P. Ioseph à Messana Prouincialis Neapolis: R. P. Ioannes Franciscus Geouagnonius, Prouincialis Lombardiæ: R. P. Deodatus Lomelinus Zelosus præteritus , virtute Breuis Apost. ad capit. admissus; de quo verbo Zelosus; *R.P. Laurentius de Peirinis, doctissimus S.Theologiæ professor & Canonista; tunc Commissus, nunc pro secunda vice Genuæ Prouincialis, cuius sæpè mentionem facimus: & R.P. Vincentius Consentinus Commissus Tusciæ aliàs Prouincialis; eruditissimus S. Theologiæ professor. Tota ferè Gallia , præcipuè R. P. Antonius du Pro, secundò Prouincialis Parisiensis, Religiosissimus etiã & eruditissimus S.Theologiæ professor: R.P. Ioannes du Bourg , pro secunda etiam vice Prouincialis Lugdunensis ; zelantissimus & prudentissimus Religiosus & prædicator : Reuerendus P. Andreas Chavineau ; Turoniæ tunc Commissus, nunc pro quarta vice Prouincialis ; prædicator eximius; quondam Reginæ Margaritæ: Reuerendus P. Ioannes Saubard , tunc Commissus , nunc Prouincialis Lugdunensis ; prædicator , & plurimorum S.Theologiæ professorum doctissimus & per antiquus magister: Et fœlicissimæ Religiosimaque memoriæ (vt alios multos, æque zelantes, & magni nominis Religiosos, omittam, breuitatis causa) R.P. Ioannes Sauuage Commissus Comitatus Burgũdiæ, celeberrimus Prædicator, de quo in Prouincia Flandriæ , verbo* Prouinciæ.

Tota Flandria. Tota Germania: licèt enim iustis de causis, quas ab illo Massiliæ accepi, in oppositione & appellatione se non prodiderit: R. P. Franciscus Richard, Germaniæ primò Vicarius Generalis, posteà Commissus, prædicator facundus, à Serenissimo Imperatore variisque Principibus, vt optimus & Zelantissimus Religiosus, valdè dilectus, cui Religio Germaniæ Conuentus omnes debet, vt patet in eodem Capit. sess. 5. à num. 45. ad 50. tamen, vt idem ibidem mihi retulit, & aliundè scio, Appellantium partes fouebat. Sicut & ex Hispania, aliqui, ex celebrioribus, sed sanè pauci nimis: idque prudenter & secretò, propter metum aduersariorum. Cogitabant hi Patres, Patriarchæ nostri mentem, nostrámque professionem Minimam, tam diuturnæ Prælaturæ directè repugnare: supernarúmque mentium, non autem Minimarum & humilium, esse duntaxat, in Officio indefessè perseuerare. Vndè, ipsorum omnium nomine, debitas & iuridicas oppositiones, *& ad* Sanctissimum appellationes *constantissimè, alacriter & intrepidè in medio Capituli* fecerunt *prædicti* R. P. Ioannes du Bourg Prouincialis Lugdunensis, & R. P. Laurentius de Peirinis commissus Genuensis, vt patet in eodem Capitulo sessione tertia & quarta; *à num. 5. ad 9. Et cum cæteris Patribus in prædictis oppositione & appellatione ad mortem vsque perseuerantes, prouinciam illa prosequendi eidem R. P. Lomelino, & R. P. Petro Briam Prouinciæ Prouencæ tūc Comisso, nunc Collegæ Prouinciali, eruditissimo Theologo & Prædicatori, dederunt. Qui negotium istud, ita Romæ sunt prosecuti; vt tandem corona data sit, perseuerantibus.*

Sanctis[s]

Sanctissimus quippè D. Vrbanus VIII. *vt patet ex eius Bulla quæ incipit* Iniuncti, *data Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris 22. Martij anno* 1630. S. Congregationis relatione & sententia audita; iustis de causis animum ipsius mouentibus; Electiones Generalis, trium Collegarum, ac Zelosi, in Capitulo Barchinonensi factas, Apostolica authoritate CASSAVIT: & NVLLAS ESSE ET FORE DECLARAVIT. Constituens & deputans Reuerendissimum P. Franciscum Longobardum Ordinis Vicarium Apostolicum, vsque ad futurum Generale Capitulum. R. P. Simonem Bachelier Zelosum. R. P. Ignatium à Neapoli Collegam Italum. R. P. Ioannem Kermarek Collegam Gallum; R. P. Ioannem Pinna de cœlis, Collegam Hispanum. Reliquas autem electiones, & acta quæcunque eiusdem Capituli confirmauit. Prætereà Vicarium Generalem dicti Ordinis, siue à Sede Apost. pro tempore deputatum, siue à Capitulo electum; de cætero, nullatenus posse immediatè eligi in Generalem, sed tandiù debere ab officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit: sicque obseruari, à quibuscumque iudicibus, etiam legatis à latere, & à Sedis Apost. Nunciis iudicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his, à quoquam, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decreuit. Non obstantibus, &c.

quidem Cingulum, simul cum Habitu & Caputio, prædictis Fratribus ipsis, die, noctúque dimittere non licebit: nisi causa mutationis, mundationis, aut reparationis: vel alicuius euidentis infirmitatis. Super hoc tamen, primitus onerata Medici conscientia. *ibid.* 5.

Similibus indumentis vtantur cuncti Fratres Nouitij, Clerici & Laici: excepto quòd, eorum Cingulum rotundum, nodis tantum tribus nodabitur: & ipsorum Caputium, vsque ad Cingulum ipsum duntaxat, ita quòd cingi non valeat, protendetur. *ibid.* 6. *Nouitiorum.*

Fratres autem Oblati, deferant Habitum coloris præfati: vsque ad suram, vel circà, & non vltrà protensum. Habeant etiam Cingulum rotundum, nodis solùm quatuor prænodatum. Ipsi præter eà, vtantur decenti Caputio, adiuncta Corneta, vel conuenienti Birro: secundùm exigentiam regionis. *ibid* 7. *vide*, Oblati. *Oblatorum.*

Poterunt insuper singuli, prout exegerit necessitas, suo sub habitu, portare Tunicas, & Tunicellas: ex humili pauno, ac de staminea: & similiter femoralia, & Caligas, super genua competenter porrectas. Poterunt etiam ipsi cuncti, ad *Tunica, Tunicella. Femoralia, Caligæ. Clamis.*

libitum

libitum, Clamide coloris sui Habitus, nusquam rugata vel crispata, vsque ad suram, vel circà protensa, intus & foris vti. *ibid.* 9.

Cucullum. Soli autem fratres professi, habeant cucullum ad caput tegendum aptum, suis Clamidibus posterius consutum. Præfati verò Fratres Oblati, intùs & extrà, ad nutum vtantur mantello clauso; ad modum sui Habitus, vel circà longo: absque aliquo Caputio seu Cucullo. *ibid.* 10.

Sororũ habitus. Omnium Sororum Habitus, sit talaris & honestus, de panno abiecto: ex lana naturaliter nigra, & sine tinctura contextò. *Caputium.* Prætereà, illarum Caputium eiusdem coloris existat: & vsque ad scapulas vel *Velaria.* circà, super honesta Velaria protendatur; & ad perstringendum aptetur. Habeant *Cingulum.* etiam rotundum Cingulum laneum, similis coloris; prænodatum quinque simplicibus nodis. Quod quidem Cingulum, simul cum habitu & Caputio, præfatis eisdem Sororibus, die, noctúque dimittere non licebit: nisi causa mutationis, mundationis, aut reparationis, vel alicuius euidentis infirmitatis: super hoc, tamen, primitus onerata Medici conscientia. *R. S.* 5.

Similibus

Similibus indumentis, vti habebunt Sorores Nouitiæ: excepto quod ipſæ, & pariformiter Oblatæ Nouitiæ, loco cinguli rotundi, Zonam coloris habitus ſui, ſimpliciter portabunt. Caputium autem, nõ deferant ipſæ Nouitiæ: ſed loco ipſius, gerant Birrum humilis coloris, & deſuper velum honeſtum. Dictæ autem Oblatæ, poſt earum profeſſionem; rotundo Cingulo vtãtur, ſicut & Sorores profeſſæ; vnico nodo duntaxat excluſo. Præterea, ſuum Habitum, Sororum habitu paulò breuiorem deferant: & honeſta velaria, cum decenti Birro portent. *ibid.6.* *Nouitia.* *Zona Nouitiarum.* *Birrum.* *Oblata.*

Poterunt inſuper ſingulæ ſorores, ac Oblatæ, vt exegerit neceſſitas, ſub dicto ſuo Habitu, portare Tunicas & Tunicellas; ex humili panno, ac de ſtaminea. Similiter & Caligas honeſtas, ſuper genua competenter porrectas, licitè portare: & clamide coloris Habitus ſui, abſque aliquo Cucullo, ad libitum vti. Huiuſmodi verò Clamidem, Sorores ipſæ, vſque ad nodum pedis: Oblatæ autem præfatæ, illam, vſque ad ſuras, vel circa protenſam, humiliter portabunt. *ibid.7.* *Tunica. Tunicella.* *Caliga.* *Clamis.* *Oblatarum.*

Omnium Fratrum & Sororum Regulæ vtriuſque ſexus, exteriora veſtimenta, *Fratrũ & Sororũ Reg. vtriuſque Sexuis habitus.*

iuxta

iuxta cuiuſpiam ſtatum, & conditionem, ſint veſtibus Fratrum eiuſdem Ordinis Minimorum, penitus, aut quaſi ſimilia: vel ſint alterius decentis & honeſti coloris. *Cingulum.* Prætereà Cingulum duobus nodis duntaxat nodatum, ab eiuſdem Ordinis Minimorum Correctoribus, vel ab eis Commiſſis, deuotè recipiant: & in illorum manibus, opportuno tempore profeſſionem emittant: ſi ſub hac ſalubri Regula, perſeueranter militare voluerint. *R.V.S.*16.

Camiſias deferentiũ & ſine habitu dormientiũ pœna. Si quis delinquens contrà tertium capitulum Regulæ huius Ordinis, lineas camiſias detulerit, aut abſque Habitu dormierit: ſi talis ſubditus ſit, ſpatio quinque dierum vino & pictantia careat. Si autem Prȩlatus exiſtat taliter delinquens, tribus continuis menſibus, ab officio ſuſpendatur. *Cor.* 19.

Habitus vt dandi. Corrector Localis, conſilium à Senioribus ſumat, ſuper nouis veſtibus faciendis. *Cor.*72.

Æqualiter diſtribuẽdi. Si aliquando Corrector Generalis, vel Vigiles, aut Prouinciales, vel eorum Viceſgerentes; durantibus eorum viſitationibus, in huius Ordinis Conuentibus, inuenerint aliquos eiuſdem Ordinis Fratres,

tres, aut Oblatos, Vestimentis vel Tunicis, aut Tunicellis, vel Caputiis abundantes; & alios ipsis egentes: talibus egentibus, in sua præsentia prouidere faciant: & Localem Correctorem, ac eius Socios, super inæquali distributione, acritèr corrigant. Veruntamen, si aliquando causa frigiditatis, aut infirmitatis, aliquis se pluribus tunicis egere asserat: illi, tanquam Dei seruo credatur: & eidem, iuxta loci facultatem, charitatiuè prouideatur. Vbi verò supplere non posset conuentus facultas, ob Iesum Christum patienter ferre, moneatur talis egens. *ibid.* 109.

Aliàs acriter puniantur Corrector & Seniores.

Attendenda necessitas.

Habitũ dimittentium pœna.

Fratres, habeant Habitum polymiticum, seu talarem, hoc est circa talos protensum: ita quòd, non defluat vsque ad terram: etiam quòd non sit nimia breuitate correptus. Manicæ verò sint latitudinis duarum palmarum simplicium, & hoc circa cubitos. In fine verò, sint latitudinis vnius palmæ & semis, & longæ vsque ad pollicis extremitatem. In superiori parte, circa scapulas, sint latitudinis eiusdem. Latitudo verò prædicti Habitus, fiat ad commensurationem cuiuslibet Fratris: cum ea discretione, quod supe

Habitus longitudo.

Manicarũ latitudo.

ſuperfluum erit ſemper cauendum : & Fratris commoditas, quærenda ſit. *Cor.* 20.

Habitũ dimittentium pœna. Habitum noſtrum dimittentes, vt alium, vel Regularem, vel Secularem aſſumant: ſi redierint, etiam ſi tranſacto quadriennio rehabilitentur, non poſſunt
1541. præfici vſque ad decennium. *cap.* 1. *Bonon.* 10.

Prohibetur familiariter conuerſari cũ illis, niſi verè pœniteant, & ad ſuæ profeſſionis ſtatum reuertantur. Non debet eis permitti, Conuentus noſtros ingredi, vel Miſſas in eis celebrare, vel Sacramenta adminiſtrare. Prohibetur, particularia munera ab illis recipere, ſed tantùm quæ toti dabuntur Communitati. Qui contrarium fecerit, prima vice comedat panem & aquam. Secunda, panem & aquam habeat, cum diſciplina. Tertia, per menſem incarceretur. Itẽ nullus ad eos ſcribat, nec ab eis literas accipiat. *ibid. Vide* Ordo.

Videtur, hæc ſtatuta intelligi debere, de ijs qui habitum dimittunt, virtute breuis alicuius Apoſtolici: cæteri enim arripiendi eſſent, & incarcerandi. Quod tamen reſtringendum videtur ad eos, qui ſubreptitiè breuia Apoſtolica obtinent, abſque egreſſionis ab Ordine *cauſa*

causa legitima. Nulla enim suppetere videtur ratio, cur egressus ab Ordine, cum Apostolica dispensatione, ratione infirmitatis cum vita nostra incompatibilis, ita à nobis rigorosè tractari debeat, sicut in præcedentibus statutis est ordinatū. Nisi fortè velimus dicere, moriendum potiùs esse vero Religioso, vt piissimos multos fecisse vidi, quàm respicere retrò, quocumque infirmitatis & dispensationis prætextu non obstante; vbi semel ad aratrum Religionis manum misit, vt aptus sit regno Dei. Item, periculosam esse nobis, huiusmodi ad sæculum redeuntium conuersationem: sicut & illorum exemplum. Per antiqua nāque familiaritas, ad illis negotia Religionis communicāda, facilem viam sternit. Ex quo, maxima damna Religioni possent aduenire. Vndè difficultatis huius, clariorem desiderarem explicationem dari, ab aliquo Generali Capitulo.

Hæresis.

Memores Patres, olim in Capitulo 3. Genuensi 12. fuisse acceptatam Bullam Pauli IV. contra Hæreticos & Schismaticos: qua cauebatur, eos qui à fide Catholica deuiasse, aut in aliquam Hæresim incidisse, deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint; siue in posterum deuia- *In illam lapsorū pœna.* 1559.

 bunt,

bunt, ſeu in Hæreſim incident, deprehendentur, aut confitebuntur ſeu conuincentur, cuiuſuis Ordinis exiſtant: eo ipſo, ſuis dignitatibus, nec non, voce actiua & paſſiua, omníque authoritate, penitus & in totum, perpetuò priuari: & ad illa de cætero inhabiles & incapaces eſſe, nec vllo vnquam tempore, ad eorum priſtinum ſtatum, vel alium honorem, vel vocem actiuam & paſſiuam, reſtitui, reponi & reintegrari, aut rehabilitari poſſe: niſi ex beneficio ſedis Apoſtolicæ id reporraucrint. Hac ergo noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, vigore dictæ Bullæ, præſentatæ coram pleno Capitulo per P. F. Gaſparem Paſſarellum, ſancimus, ſtatuimus, decernimus, & definimus; quòd omnes & ſinguli Fratres noſtri Ordinis, qui hactenus, vt præfertur, deuiaſſe à fide Catholica, ſeu in Hæreſim incidiſſe, deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint: ſeu in poſterum deuiabunt, aut in Hæreſim incident: vltrà omnes & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas, quomodolibet ſtatutas, & promulgatas contra Hæreticos: ſint eo ipſo, abſque alia declaratione, perpetuò actibus priuati legitimis: & à ſuis, ſi quæ habent,

bent, suspensi officiis. Cum expressa declaratione, quòd si qui per sanctam Sedem Apostolicam, olim fuerint rehabilitati; vel in posterum rehabilitentur: non intelligantur rehabilitati, quo ad dignitatem Prçlaturç. Verùm, id intelligēdum esse voluerunt Patres, de iis qui fuerint puniti à S. Inquisitione; vel à suis respectiuè superioribus Prælatis. *cap.* 4. *Valent.*45. 1571.

Quoniam qui propriam famam negligit, parui ponderis esse videtur. Ne accidat, quòd aliqui postposito Dei Religionísque metu, discriminibus immergantur, ita vt Inquisitio in illos inuehat; & tandem habilitati, in Religionis dedecus, dignitates publicas appetant, & ambiant. Decernunt Patres, innouantes statutum Capituli 4. Valent. quòd qui deinceps à S. Inquisitione puniti fuerint; ex causa hæreticæ prauitatis, & non ex alia; nunquam præfici valeant, & pœnis prædicti statuti subiaceant. *cap.* 1. *Auen.* 18. 1578.
cap. 5. *Genu.* 29. 1584.

Innouantur.

Prima autem Octobris 1626. *in Generali Congregatione S.R.& Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico montis Quirinalis, coram S. D. N. D. Vrbano VIII. ac emi-*

bus intimari mandauit, idem S. D. N.

THOMAS DE FEDERICIS S. R.
ac vniuersalis Inquisitionis Notarius
Substitutus, de mandato.

Circa quod decretum, notandum ex Peirinis super Constitutione 9. Pauli V §. 2. num. 30. pænitentias salutares dici, quæ solæ extraiudicialiter infliguntur, & priuatim & in secreto complentur. Cæterùm Passarellus in Scholiis ex Genu. multis probat, post Gratianum d. 50. cap. Si post ordinationem, *quòd lapsi sunt reparandi, & ad altiora promouendi. Et pro hoc; faciunt Canones* Ponderet, Et purgabit, Quia Sanctitas, & alij multi. *Sed loquuntur hi Canones, de iis qui veram & condignam pœnitentiam egerunt, non de aliis. Vt enim habetur c.* Absit. *in eadem d.* Absit à Romana Ecclesia, vigorem (*rigorem*) suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis, euersa fidei maiestate (*disciplina*) dissoluere: vt cum adhuc non tantùm iaceant, sed & cadant euersorum Fratrum ruinæ; (*ruentes Fratres*) properata nimis remedia communicationum, vtique nõ profutura, præstentur: & noua, per misericordiam falsam, vulnera; veteribus transgressionis vulneribus, imprimãtur: vt miseris, ad euersionem majorẽ, etipiatur pœnitẽtia. Vbi enim poterit indulgentiæ

medicina proficere, si etiam ipse medicus, intercepta (*dimissa*) pœnitentia, indulget periculis? Si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem. Hoc non est curare; sed, si dicere verum volumus, occidere. *Et cap.* Domino, *eiusd. D. ait S. Isidorus.* Qui negligit, nec luget quæ gessit: & lugenda sine vllo pudore Religionis, vel timore iudicij diuini, committit: eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari, cognoscas.

Ex quibus colligo, quòd si lapsus in Hæresim, reuertatur: nunquam poterit rehabilitari, nisi verè pœniteat. Illúmque, etiam quomodocumque rehabilitatum, non posse nec debere præfici; si raro aut nunquam interest choro, cibísque & potu vtitur particularibus; communitati non se conformans, in victu aut vestitu. Maximè stantibus Constitutionibus Clem. VIII. in quibus habetur. Iurent electores, secundùm veritatem cuiusque conscientiæ, probiores ac magis idoneos se electuros. *Et infra.* Ad officia, gradus & prælaturas, illi præcipuè eligantur, qui possint & consueuerint, Regulas Ordinis & Cõstitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium chori, ac vestitum & victum

victum communem. *At mirum omninò esset, si talis apud nos reperiretur: positis, miræ sobrietatis, humilitatis & deuotionis exemplo P. Reuerendissimi, toti Religioni noto. Regula, in qua præcipitur, etiam Superioribus ipsis, vt* cæteris in victu ac vestitu, se iuxta posse conforment, *num.*39. *& prædictis Constitutionibus, in quibus statuitur*, vt omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodémque obsonio; siue eadem (vt aiunt) pictantia, in communi mensa prima vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur: neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllo modo afferri possit. *Quid clarius? Sanè si particularitates Superioribus prohibentur, multò magis subdito: si stanti, multò magis lapso; qui ex ipsis, non benè pœnitens præsumi posset, cùm* in terra sanctorum iniqua gerat, nec iustitiam *distributiuam* discat: *vndè* nec ei miserendum, *nisi alio modo pœniteat. Obseruantiæ quippe regulari, directè se opponunt illæ particularitates. Qui illis sunt addicti, Religionis tranquillitatem dirimunt: de quibus Apostolus*, Vtinam abscindantur qui vos conturbant. *Neque enim ex illis, contra huiusmodi singularitatis amicos, aliud quàm,*

Isaia 26.10.

Galat. 5.12.

odia & querimoniæ quotidianæ possunt oriri.
Isaiæ 56.10. *Nisi fortè Superiores & subditi,* Speculatores cæci *sint, &* canes muti, non valentes latrare: *de quibus queritur Propheta.*

Hebdomadarius.

Vbi sedebit. Quicumque ille sit, suæ professionis locum teneat: nisi superpellicio, aut aliis indumẽtis Ecclesiasticis, veniret induendus. Tunc enim, secundus post Superiorem sedebit, si sit de latere Superioris: sin autem, primam alterius lateris sedem obtinebit: si Superior alius, in latere alio non fuerit. *Cær.* 12. *Vide* Chorus.

Homicida.

Vt puniendus. Si quis aliquando, voluntariè ac deliberatè, aliquem interfecerit, perpetuis carceribus indispensabiliter mancipetur: & ibidem ieiunet in pane & aqua, singulis quartis & sextis feriis: & omnibus quatuor temporibus, cuiuslibet anni: vnà cùm cunctis Vigiliis, seu ieiuniis, ab Ecclesia præceptis. *Cor.* 12.

Homicidæ voluntarij, apud Iudices Ecclesiasticos vel seculares, vt tales, puniti, vel conuicti: voce actiua careant, &
1581. primogenitura. *c.* 1. *Barchin.* 11.

Dicit

Dicit autem ibi Paſſarellus, in ſcholiis: Memento, quòd in c. 2. Foroiulienſi 9. fuit ſtatutum, & in 4. Genuenſi innouatum, homicidas non recipiendos ad habitum. Sed, cùm hîc priuentur voce & genitura, videntur poſſe recipi: & per conſequens, fuiſſe derogatum dictis capitulis. Quod videtur æquius: nullo enim iure ſuſtentatur, tales non poſſe recipi, ſi ſigna pœnitentiæ oſtenderint. Quod ordinarunt Fratres Prædicatores, inchoantes Capitulum generale Romanum 1583. & facit, quia, nemo Summiſtarum deſcriibentium conditiones recipiendorum ad habitum, excludit Homicidas pœnitentes à ſumptione habitus. Hæc ille. An autem tales liberentur à pœnis debitis in foro ſeculari: Vide eundem Paſſarellum, in Notandis Priuileg. 31.

Horæ Canonicæ.

Summopere ſtudeat Sacriſta, pulſare media nocte ad Matutinas: & Fratres, ante primam pulſationem, ad officium Diuinum excitet; ad eorum cameras moderatè pulſando, cum virga aut malleolo ligneo, vel aliàs: vſquequò vnuſquiſque de camera reſpondeat, verbo vel ſigno. Poſt dictam primã pulſationem, iterũ ſingulas *Matutinæ.*

ad eorum cameras ſonet, vt cuncti ad nocturnum expergiſcãtur officium. Et cùm peruentum fuerit ad *Te Deum laudamus*, ſonetur campana vel campanæ, pro vt ſolemnitas requirit, vſque ad verſum, *Te ergo quæſumus.* Et quando fit de Feria aut aliàs, ſonetur ad *Benedictus*, vſque in finem. *Cær.* 2.

Mane autem peracto, Hora ſexta, vel circa; ſeu ad æquipollentiam huius temporis, vel circa (iuxta Regionum & Temporum varietates) pulſetur ad Primam cum campanella: fratribus per Sacriſtam, aut per alium, à ſomno paulò antè excitatis. Et Eccleſiam ingreſſi, dicant Primam, Tertiam, & ſeptem Pſalmos, cum Litaniis, ſucceſſiuè, quolibet tempore, & abſque interuallo. Nec omittatur *Martyrologium* in Prima. *ibid.* 3.

Prima. *Tertia.* *Septem Pſalmi* *Litaniæ.* *Martyrologiũ.*

Tempore quò ieiunia non celebrantur, hora nona, vel circa; ſeu ad æquipollentiam, vt ſuprà tangitur; ad Sextam & Nonam perſoluendam, cum campanella pulſetur. Tempore ieiuniorum, hora vndecima; quæ eſt vltima antè meridiem, pulſabitur. *ibid.* 4.

Sexta, & Nona, extrà Quad.

In Quadrageſima autem, Sexta & Nona, pulſabitur circa decimam Horam; quæ

In Quadrageſima.

quæ eſt quaſi penultima ante meridiem. Et cum ad Præfationem Miſſæ Conuentualis peruentum fuerit, pulſentur Veſperæ pro primo: & in fine Miſſæ, pro vltimo. Poſteà, conſecutiuè pulſetur campanella; qua pulſata, illicò dicantur Veſperæ. Si autem ter pulſandum ſit ad Veſperas, pulſabitur pro ſecundo, cum ventum fuerit ad *Præceptis ſalutaribus moniti*, in Miſſa: pro primo autem & vltimo, vt præfertur. *ibid.* 5. *Veſperæ.*

A medio Septembris, vſque ad Feſtum Omnium Sanctorum; & à prima Februarij, vſque ad Kalendas Aprilis; pulſentur Veſperæ, Hora ſecunda cum dimidia, poſt meridiem. Et à prædicto feſto Omnium Sanctorum, vſque ad Kalend. Februarij, Hora ſecunda. Reliquo verò tempore, Hora tertia. Et poſt vltimam pulſationem, campanella ſpatio vnius *Miſerere* pulſabitur. Et ſic de ſingulis pulſationibus, quæ poſſunt prolongari iuxta Solennitates, & cuiuſlibet grauitatem & diſtinctionem. *ibid.* 6. *Veſperæ extra Quadr.* *Pulſationum duratio.*

Quolibet verò tempore, Completorium bis pulſabitur, Horâ ſexta poſt meridiem, pro vltimo; à medio Martij, vſque ad medium Septembris: reliquo autem *Cõpletorium.*

tem tempore, pulsabitur hora quinta, vel ad discretionem Correctoris. Post secundum sonitum, pulsetur campanella. *ibid.* 7. *Vide* Cantus. Officium Diuinum.

Hospites.

Vt recipiendi. Hilari corde, & vultu placido, recolligantur: ac iuxta cuiusque loci facultatem, cibis quadragesimalibus & non aliis, per eos quibus Superior idipsum mandauerit, & non per alios, benignè tractentur. *R.F.* 34.

Hospitium: Vbi commodè fieri poterit, Hospitium, iuxta Regulæ nostræ tenorem, in Conuentibus habeatur: vbi ad ædificationẽ receptorum, sẽper aliquid legatur; saltem in principio prandij & cœnæ Hospitum: vt dum corpora reficiuntur, spirituali lectione animus pascatur. *c.Tholos.*72. *c.*2.*Rom.*30. *Lectura in eo facienda.* 1514. 1517.

Non ergo sunt destruenda huiusmodi Hospitia, ne tandem Hospitalitas destruatur: sed, si qui sint abusus, auferendi. Hoc facillimè fiet, si attendatur modus loquendi Regulæ, & Statutorum nostrorum. Non enim dicunt, recolligendos esse in Hospitio Conuentuales, sed Hospites. Non hos, vel illos, sed Hospites vniuersaliter, quoscumque scilicet. Non recreationis causa; per ciuitatem, vel loca campestria amœna, deambulantes: sed Hospites, qui pro negotiis Religio-

nis, pro exequenda Obedientia, pro Prædicationis munere obeundo, & similibus, peregrinantur. Non dicunt, huiusmodi Hospites, splendidè & prodigè debere tractari, & lantioribus cibis: sed cibis quadragesimalibus, & non aliis: idque, iuxta cuiusque loci facultatem. Non dicunt, Hospitibus adiungendos esse Conuentuales plures, ad prandendum, vel cœnandum cum illis; sed Conuentuales, quibus Superior idipsum mādauerit, & non alios, debere Hospites benignè tractare: hoc est, ipsis inseruire. Quæ omnia, Hospitalitas ipsa à nobis exigit. Multa sanè patiuntur peregrinantes quilibet, plura cæteris omnibus, nos Minimi: quibus, ne ad victum quidem necessaria, in via subministrantur, ratione vitæ quadragesimalis, quocumque viatico non obstante. An non ergo, religiosa, de qua agimus, indigemus refocillatione, in Conuentibus, qui occurrunt in via? Nec sufficit, dare cibos particulares, sed quadragesimales, Hospiti ad communem Refectorij mensam accersito. Illis enim cibis particularibus, obstat primò, ipsa, vt loquimur, communitas; quæ particularitatibus directè opponitur. Secundò fratrum Hospitum verecundia: Verecundum est enim Religioso timorato, manducare pisces recentes; dum quinquaginta alij, quorum ne vnum quidem forte ipse aliàs vidit, terræ seminibus vescuntur,

vescuntur, vel oleribus. Tertiò, si in publica Refectorij mensa, Hospites essent ita recolligendi; frustra statueretur in Capitulis præcitatis, quòd in principio prandij & cœnæ illorum, fiat lectura: cùm in publica Refectorij mensa, dum reficiuntur Fratres, debeat nunquam lectura prætermitti. Quòd si extra illam recolligendi Hospites, an non decentius in Hospitio, quàm in Refectorio? An non in hoc, vt & in illo, possunt abusus serpere? An non sicut in Refectorij secundam mensam, sic & in Hospitium frugalitas potest induci, & omnimoda temperantia? Non abnuo tamen, posse discretè, Conuentuales Hospitibus in Hospitio adiungi; qui & in Refectorij secunda mensa sunt adiungendi: sed hoc, quo rarius, eo melius: & sanè optimum, si paucissimi adiungantur: Sacerdos scilicet Sacerdoti: Clericus Clerico; Laicus vel Oblatus, Laico vel Oblato. Idque, vt filij Iob, in orbem: explosa penitus, detestabili personarum acceptione: ne & nostris temporibus, de nouo fiat murmur Græcorum aduersùs Hebræos, ratione ministerij quotidiani.

Hospitij subjectio. Hospites, sunt sub iurisdictione Correctoris, Conuentus in quo sunt Hospites: eiusdémque ordinationibus, ad regularem obseruantiam sui Conuentus spectantibus, subjecti. Non debent, absque

eius

eius licentia, extra Conuentum exire: & de excessibus, si quos ibi committunt, ab eodem possunt puniri. Tenentur tamen Correctores, eis benignè permittere, eorum negotia in suis Conuentibus peragere: modò non scandalosè, sed honestè ea tractent. *c. 4. Valent* 47. 1571.

Qui pro negotiis peragendis, vel in Curia Regia, vel apud Illustrissimum Nuncium Apostolicum, Conuentum Valesolitanum petunt: si à Superioribus licentiam non habuerint, carceribus mancipentur. Si habuerint, Conuentui soluant singuli, pro singulis diebus, quatuor argenteos. *c. 7. Genu.* 14. 1605.

Quãdo & quid Conuentui soluere debeant.

Eadem prorsus est ratio, de Conuentibus, Romano, Parisiensi Platea Regiæ, & similibus.

I

Ieiunium.

Quoniam Ieiunium corporale mentem purgat, sensum subleuat, carnem spiritui subiicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ pabula dispergit, atque libidinum ardores extinguit, & Castitatis lumen accendit: Eapropter, singuli Fratres Clerici & Laïci, & omnes huius Ordinis Sorores, membra

Clericorũ, Laicorum, Sororũ.

cum

gentes; vniformiter ieiunent à secunda feria post Quinquagesimam, vsque ad Sabbatum Sanctum, inclusiuè. Et à festo omnium Sanctorum, vsque ad diem Natalis Domini, exclusiuè. Aliis etiam diebus, quibus est ab Ecclesia indictum Ieiunium. Et similiter, omnibus quartis & sextis feriis totius anni: exceptis duntaxat singulis quartis feriis, inter Paschæ & Pentecostes; & inter ipsius Domini Natalis, & Purificationis B. Mariæ V. festa, annuatim occurrentibus: etiam ipso die Natalis eiusdem Domini, feria sexta pro tempore cadente. *R. F.29.R.S.23.*

Oblatorum & oblatarum. Oblati verò & Oblatæ, tantummodo sextis feriis totius anni: & à festo B. Catharinæ V. exclusiuè, vsque ad supradictũ diem Natalis Domini. Singulis etiam præfatis Ecclesiæ Ieiuniis, pariformiter ieiunent. *R.F.30.R.S.23.*

Exemptio à ieiunio. Insuper, à cunctis prædictis Ieiuniis, nullus Fratrum corpore sanus, (peregrinationis tempore duntaxat excluso) & nulla Sororum corpore sana, eximatur. *Dispensatio.* Poterunt nihilominus Superiores Ordinis, super singulis Ieiuniis, cum ipsis Fratribus & Oblatis rationabiliter dispẽsare: sicut etiam Prælatæ, seu Correctrices,

cum

cum ipſis Sororibus & Oblatis. *R. F.* 31. *R. S.* 24.

Vt autem efficaciùs omnis crapulæ tollatur occaſio, nō permittitur quibuſcumque ſanis, extrà refectionis ordinariæ ſolitam horam, ſine Superioris licentia comedere. Nec Fratribus, in ſecularium domibus, reficiendi cauſa, recumbere; nec inibi pernoctando dormire: cùm ipſi, ad ſuum Monaſterium commodè poſſint redire. *R.F.* 33. *R.S.* 25. *Non comedendum ſine licentia.* *Nec in ſecularii domibus.*

Præterea, furtiuarum comeſſationum latibula, ſingulis interdicuntur. *R.F.* 34. *R. S.* 25. *Nec furtiuè.*

Fratres & Sorores Regulæ vtriuſque ſexus, à Feſto B. Luciæ, excluſiuè, vſque ad Domini Natalem: & ſingulis ſextis feriis totius anni, ieiunare ſolliciti ſint. *R. V. S.* 13. *Ieiunia Tertiariorum.*

A dictis autem Ieiuniis, piè ſecludantur ex illis, omnes in puerperio iacentes, prægnantes, lactentes, ac itinerantes: prius poſtulata à Confeſſoribus licentia. Ipſi etiam Confeſſores, illorum prædicta Ieiunia, iuxtà omnium illorum qualitates, ſeu conditiones, & complexiones, illis licitè commutare poterunt, in aliqua pietatis opera, vel certas deuotiones & orationes. *Exemptio.* *Cōmutatio.*

Ieiun. Eccles. *ibid.* 14. Insuper, sacris Ecclesiæ Ieiuniis, se benignè conforment. *ibid.* 15.

Inclinationes.

Profunda quomodo & quando faciẽda. Profundæ, fiant inclinando capita; ità quod iungi possint manus se inclinãtium, ad propria genua. Debent autem fieri, in vltimo versu omnium hymnorũ: & quando dicitur, *Gloria Patri*, etiam ad breuia responsoria, & quoties dicitur prima oratio Diuini officij, tàm Virginis, quam festi occurrentis: & quoties dicitur in officio, *Pater noster.* Similiter, quando dicitur *Confiteor* & *Credo in Deum. Cær.* 11.

Mediocres. Quoties in officio Diuino dicitur, *Iesus*, vel *Maria*: vel, *Deo gratias*: & versus, *Sit nomen Domini benedictum*: & in omnibus absolutionibus & benedictionibus, tã diurni quàm nocturni officij: & quando Fratres transeunt ante maius altare: & quoties in officio dicitur, *benedicamus Patrem & Filium*: & in Missa, *suscipe deprecationem nostram, Gloria tibi Domine, dignum & iustum est*, fiant Inclinationes mediocres. *ibid.* 15. 22.

Incorrigibiles.

Quando de nouo possunt recipi. Si post eiectionem, spem emendationis dederint: & literas probantes eorum mores, exhibuerint: à Generali, aut eius Vi-

cario recipi poterunt. Ità tamen, vt per integrum annum probationis, se Religiosos inter claustra in habitu seculari exhibeãt: sic enim in pristinum statum, ex Capituli Generalis assensu, redire poterunt. Et si per quadriennium laudabiliter vixerint, ad omnes Ordinis gratias recipi poterũt. *c.2.Barch.10.* 1602.

Quando præfici.

Non possunt eiici ab Ordine, nisi consulto Generali, vel Zeloso. Qui tunc, debent Sacram cõsulere Congregationem. *c.7.Rom.38.* 1623.

Quomodo eiiciendi.

Nunc verò, seruari debet decretum Sacræ Regularium Congregationis, ex peculiari facultate S.D.N. Vrbani VIII. 21. Septembris, anno 1624. pro omnibus Regularibus emanatũ: quod incipit Sacra Congregatio: *Quo statuitur, Vt nullus tanquam incorrigibilis eiiciatur, nisi à Generali solùm, de consilio & assensu sex Patrum, ex grauioribus Religionis, eligendis in singulis Capitulis generalibus. Idq́, non nisi postquam dicti incorrigibiles, probati fuerint in carceribus, in pœnitentia & ieiunio vnius anni: si elapso anno non resipuerint: instructóque processu, & plenè probatis causis expulsionis, ad Sacrorum Canonum præscriptum. Admonentur tamen, & per Iesu Christi viscera obtestantur Superiores Regularium Prælati, vt memores pa-*

medicina proficere, si etiam ipse medicus, intercepta (*dimissa*) pœnitentia, indulget periculis? Si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem. Hoc non est curare; sed, si dicere verum volumus, occidere. *Et cap.* Domino, *eiusd. D. ait S. Isidorus.* Qui negligit, nec luget quæ gessit: & lugenda sine vllo pudore Religionis, vel timore iudicij diuini, committit: eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari, cognoscas.

Ex quibus colligo, quòd si lapsus in Hæresim, reuertatur: nunquam poterit rehabilitari, nisi verè pœniteat. Illúmque, etiam quomodocumque rehabilitatum, non posse nec debere præfici; si raró aut nunquam interest choro, cibísque & potu vtitur particularibus; communitati non se conformans, in victu aut vestitu. Maximè stantibus Constitutionibus Clem. VIII. in quibus habetur. Iurent electores, secundùm veritatem cuiusque conscientiæ, probiores ac magis idoneos se electuros. *Et infra.* Ad officia, gradus & prælaturas, illi præcipuè eligantur, qui possint & consueuerint, Regulas Ordinis & Cõstitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium chori, ac vestitum &

victum communem. *At mirum omninò esset, si talis apud nos reperiretur: positis, miræ sobrietatis, humilitatis & deuotionis exemplo P. Reuerendissimi, toti Religioni noto. Regula, in qua præcipitur, etiam Superioribus ipsis, vt* cæteris in victu ac vestitu, se iuxta posse conforment, *num.* 39. *& prædictis Constitutionibus, in quibus statuitur*, vt omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodémque obsonio; siue eadem (vt aiunt) pictantia, in communi mensa prima vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur: neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllo modo afferri possit. *Quid clarius? Sanè si particularitates Superioribus prohibentur, multò magis subdito: si stanti, multò magis lapso; qui ex ipsis, non benè pœnitens præsumi posset, cùm* in terra sanctorum iniqua gerat, nec iustitiam *distributiuam* discat: *vndè* nec ei *Isaia 26.10.* miserendum, *nisi alio modo pœniteat. Obseruantiæ quippe regulari, directè se opponunt illæ particularitates. Qui illis sunt addicti, Religionis tranquillitatem dirimunt: de quibus Apostolus*, Vtinam abscindantur qui *Galat. 5.12.* vos conturbant. *Neque enim ex illis, contra huiusmodi singularitatis amicos, aliud quàm,*

odia & querimoniæ quotidianæ possunt oriri.
Isaiæ 56.10. *Nisi fortè Superiores & subditi,* Speculatores cæci *sint*, & canes muti, non valentes latrare: *de quibus queritur Propheta.*

Hebdomadarius.

Vbi sedebit. Quicumque ille sit, suæ professionis locum teneat: nisi superpellicio, aut aliis indumẽtis Ecclesiasticis, veniret induendus. Tunc enim, secundus post Superiorem sedebit, si sit de latere Superioris: sin autem, primam alterius lateris sedem obtinebit: si Superior alius, in latere alio non fuerit. *Cær.* 12. *Vide* Chorus.

Homicida.

Vt puniendus. Si quis aliquando, volunrariè ac deliberatè, aliquem interfecerit, perpetuis carceribus indispensabiliter mancipetur: & ibidem ieiunet in pane & aqua, singulis quartis & sextis feriis: & omnibus quatuor temporibus, cuiuslibet anni: vnà cùm cunctis Vigiliis, seu ieiuniis, ab Ecclesia præceptis. *Cor.* 12.

Homicidæ voluntarij, apud Iudices Ecclesiasticos vel seculares, vt tales, puniti, vel conuicti: voce actiua careant, &
1581. primogenitura. *c.* 1. *Barchin.* 11.

Dicit

Dicit autem ibi Paſſarellus, in ſcholiis: Memento, quòd in c. 2. Foroiulienſi 9. fuit ſtatutum, & in 4. Genuenſi innouatum, homicidas non recipiendos ad habitum. Sed, cùm hîc priuentur voce & genitura, videntur poſſe recipi: & per conſequens, fuiſſe derogatum dictis capitulis. Quod videtur æquius: nullo enim iure ſuſtentatur, tales non poſſe recipi, ſi ſigna pœnitentiæ oſtenderint. Quod ordinarunt Fratres Prædicatores, inchoantes Capitulum generale Romanum 1583. & facit, quia, nemo Summiſtarum deſcriibentium conditiones recipiendorum ad habitum, excludit Homicidas pœnitentes à ſumptione habitus. Hæc ille. An autem tales liberentur à pœnis debitis in foro ſeculari: Vide eundem Paſſarellum, in Notandis Priuileg. 31.

Horæ Canonicæ.

Summopere ſtudeat Sacriſta, pulſare media nocte ad Matutinas:& Fratres, ante primam pulſationem, ad officium Diuinum excitet; ad eorum cameras moderatè pulſando, cum virga aut malleolo ligneo, vel aliàs: vſquequò vnuſquiſque de camera reſpondeat, verbo vel ſigno. Poſt dictam primã pulſationem, iterũ ſingulas *Matutina.*

ad eorum cameras ſonet, vt cuncti ad nocturnum expergiſcãtur officium. Et cùm peruentum fuerit ad *Te Deum laudamus*, ſonetur campana vel campanæ, pro vt ſolemnitas requirit, vſque ad verſum, *Te ergo quæſumus*. Et quando fit de Feria aut aliàs, ſonetur ad *Benedictus*, vſque in finem. *Cær*.2.

Mane autem peracto, Hora ſexta, vel circa; ſeu ad æquipollentiam huius temporis, vel circa (iuxta Regionum & Temporum varietates) pulſetur ad Primam cum campanella: fratribus per Sacriſtam, aut per alium, à ſomno paulò antè excitatis. Et Eccleſiam ingreſſi, dicant Primam, Tertiam, & ſeptem Pſalmos, cum Litaniis, ſucceſſiuè, quolibet tempore, & abſque interuallo. Nec omittatur *Martyrologium* in Prima. *ibid*.3.

Prima. Tertia. Septem Pſalmi Litaniæ. Martyrologiũ.

Tempore quo ieiunia non celebrantur, hora nona, vel circa; ſeu ad æquipollentiam, vt ſuprà tangitur; ad Sextam & Nonam perſoluendam, cum campanella pulſetur. Tempore ieiuniorum, hora vndecima; quæ eſt vltima antè meridiem, pulſabitur. *ibid*. 4.

Sexta, & Nona, extrà Quad.

In Quadrageſima autem, Sexta & Nona, pulſabitur circa decimam Horam; quæ

In Quadrageſima.

quæ eſt quaſi penultima ante meridiem. Et cum ad Præfationem Miſſæ Conuentualis peruentum fuerit, pulſentur Veſperæ pro primo: & in fine Miſſæ, pro vltimo. Poſteà, conſecutiuè pulſetur campanella; qua pulſata, illicò dicantur Veſperæ. Si autem ter pulſandum ſit ad Veſperas, pulſabitur pro ſecundo, cum ventum fuerit ad *Præceptis ſalutaribus moniti*, in Miſſa: pro primo autem & vltimo, vt præfertur. *ibid.* 5. *Veſperæ.*

A medio Septembris, vſque ad Feſtum Omnium Sanctorum; & à prima Februarij, vſque ad Kalendas Aprilis; pulſentur Veſperæ, Hora ſecunda cum dimidia, poſt meridiem. Et à prædicto feſto Omnium Sanctorum, vſque ad Kalend. Februarij, Hora ſecunda. Reliquo verò tempore, Hora tertia. Et poſt vltimam pulſationem, campanella ſpatio vnius *Miſerere* pulſabitur. Et ſic de ſingulis pulſationibus, quæ poſſunt prolongari iuxta Solennitates, & cuiuſlibet grauitatem & diſtinctionem. *ibid.* 6. *Veſperæ extra Quadr.* *Pulſationum duratio.*

Quolibet verò tempore, Completorium bis pulſabitur, Horâ ſexta poſt meridiem, pro vltimo; à medio Martij, vſque ad medium Septembris: reliquo autem *Cōpletorium.*

nis, pro exequenda Obedientia, pro Prædicationis munere obeundo, & similibus, peregrinantur. Non dicunt, huiusmodi Hospites, splendidè & prodigè debere tractari, & lautioribus cibis: sed cibis quadragesimalibus, & non aliis: idque, iuxta cuiusque loci facultatem. Non dicunt, Hospitibus adiungendos esse Conuentuales plures, ad prandendum, vel cœnandum cum illis; sed Conuentuales, quibus Superior idipsum mãdauerit, & non alios, debere Hospites benignè tractare: hoc est, ipsis inseruire. Quæ omnia, Hospitalitas ipsa à nobis exigit. Multa sanè patiuntur peregrinantes quilibet, plura cæteris omnibus, nos Minimi: quibus, ne ad victum quidem necessaria, in via subministrantur, ratione vitæ quadragesimalis, quocumque viatico non obstante. An non ergo, religiosa, de qua agimus, indigemus refocillatione, in Conuentibus, qui occurrunt in via? Nec sufficit, dare cibos particulares, sed quadragesimales, Hospiti ad communem Refectorij mensam accersito. Illis enim cibis particularibus, obstat primò, ipsa, vt loquimur, communitas; quæ particularitatibus directè opponitur. Secundò fratrum Hospitum verecundia: Verecundum est enim Religioso timorato, manducare pisces recentes; dum quinquaginta alij, quorum ne vnum quidem forte ipse aliàs vidit, terræ seminibus vescuntur,

vescuntur, vel oleribus. Tertiò, si in publica Refectorij mensa, Hospites essent ita recolligendi; frustra statueretur in Capitulis præcitatis, quòd in principio prandij & cœnæ illorum, fiat lectura: cùm in publica Refectorij mensa, dum reficiuntur Fratres, debeat nunquam lectura prætermitti. Quòd si extra illam recolligendi Hospites, an non decentius in Hospitio, quàm in Refectorio? An non in hoc, vt & in illo, possunt abusus serpere? An non sicut in Refectorij secundam mensam, sic & in Hospitium frugalitas potest induci, & omnimoda temperantia? Non abnuo tamen, posse discretè, Conuentuales Hospitibus in Hospitio adiungi; qui & in Refectorij secunda mensa sunt adiungendi: sed hoc, quo rarius, eo melius: & sanè optimum, si paucissimi adiungantur: Sacerdos scilicet Sacerdoti: Clericus Clerico; Laicus vel Oblatus, Laico vel Oblato. Idque, vt filij Iob, in orbem: explosa penitus, detestabili personarum acceptione: ne & nostris temporibus, de nouo fiat murmur Græcorum aduersùs Hebræos, ratione ministerij quotidiani.

Hospitii subjectio. Hospites, sunt sub iurisdictione Correctoris, Conuentus in quo sunt Hospites: eiusdémque ordinationibus, ad regularem obseruantiam sui Conuentus spectantibus, subjecti. Non debent, absque

eius

eius licentia, extra Conuentum exire: & de exceſſibus, ſi quos ibi committunt, ab eodem poſſunt puniri. Tenentur tamen Correctores, eis benignè permittere, eorum negotia in ſuis Conuentibus peragere: modò non ſcandaloſè, ſed honeſtè ea tractent. *c.* 4. *Valent* 47. 1571.

Quãdo & quid Conuentui ſoluere debeant.

Qui pro negotiis peragendis, vel in Curia Regia, vel apud Illuſtriſſimum Nuncium Apoſtolicum, Conuentum Valeſolitanum petunt: ſi à Superioribus licentiam non habuerint, carceribus mancipentur. Si habuerint, Conuentui ſoluant ſinguli, pro ſingulis diebus, quatuor argenteos. *c.* 7. *Genu.* 14. 1605.

Eadem prorſus eſt ratio, de Conuentibus, Romano, Pariſienſi Plateæ Regiæ, & ſimilibus.

I

Ieiunium.

Clericorũ, Laicorum, Sororũ.

Quoniam Ieiunium corporale mentem purgat, ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſubiicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiſcentiæ pabula diſpergit, atque libidinum ardores extinguit, & Caſtitatis lumen accendit: Eapropter, ſinguli Fratres Clerici & Laïci, & omnes huius Ordinis Sorores, membra

gentes; vniformiter ieiunent à secunda feria post Quinquagesimam, vsque ad Sabbatum Sanctum, inclusiuè. Et à festo omnium Sanctorum, vsque ad diem Natalis Domini, exclusiuè. Aliis etiam diebus, quibus est ab Ecclesia indictum Ieiunium. Et similiter, omnibus quartis & sextis feriis totius anni: exceptis duntaxat singulis quartis feriis, inter Paschæ & Pentecostes; & inter ipsius Domini Natalis, & Purificationis B. Mariæ V. festa, annuatim occurrentibus: etiam ipso die Natalis eiusdem Domini, feria sexta pro tempore cadente. *R. F.*29.*R.S.*23.

Oblatorum & oblatarum. Oblati verò & Oblatæ, tantummodo sextis feriis totius anni: & à festo B. Catharinæ V. exclusiuè, vsque ad supradictũ diem Natalis Domini. Singulis etiam præfatis Ecclesiæ Ieiuniis, pariformiter ieiunent. *R.F.*30.*R.S.*23.

Exemptio à ieiunio. Insuper, à cunctis prædictis Ieiuniis, nullus Fratrum corpore sanus, (peregrinationis tempore duntaxat excluso) & nulla Sororum corpore sana, eximatur. *Dispensatio.* Poterunt nihilominus Superiores Ordinis, super singulis Ieiuniis, cum ipsis Fratribus & Oblatis rationabiliter dispẽsare: sicut etiam Prælatæ, seu Correctrices,

çum

cum ipsis Sororibus & Oblatis. *R. F.* 31. *R. S.* 24.

Vt autem efficaciùs omnis crapulæ tollatur occasio, nō permittitur quibuscumque sanis, extrà refectionis ordinariæ solitam horam, sine Superioris licentia comedere. Nec Fratribus, in secularium domibus, reficiendi causa, recumbere; nec inibi pernoctando dormire: cùm ipsi, ad suum Monasterium commodè possint redire. *R.F.*33.*R.S.*25. *Non comedendum sine licentia.* *Nec in secularium domibus.*

Prætereà, furtiuarum comessationum latibula, singulis interdicuntur. *R.F.*34.*R. S.* 25. *Nec furtiuè.*

Fratres & Sorores Regulæ vtriusque sexus, à Festo B.Luciæ, exclusiuè, vsque ad Domini Natalem: & singulis sextis feriis totius anni, ieiunare solliciti sint. *R. V. S.* 13. *Ieiunia Tertiariorum.*

A dictis autem Ieiuniis, piè secludantur ex illis, omnes in puerperio iacentes, prægnantes, lactentes, ac itinerantes: prius postulata à Confessoribus licentia. Ipsi etiam Confessores, illorum prædicta Ieiunia, iuxtà omnium illorum qualitates, seu conditiones, & complexiones, illis licitè commutare poterunt, in aliqua pietatis opera, vel certas deuotiones & orationes. *Exemptio.* *Cōmutatio.*

R *ibid.*

Ieiun. Eccles. *ibid.* 14. Insuper, sacris Ecclesiæ Ieiuniis, se benignè conforment. *ibid.* 15.

Inclinationes.

Profundæ quomodo & quando faciẽdæ. Profundæ, fiant inclinando capita; ità quod iungi possint manus se inclinātium, ad propria genua. Debent autem fieri, in vltimo versu omnium hymnorũ: & quando dicitur, *Gloria Patri*, etiam ad breuia responsoria, & quoties dicitur prima oratio Diuini officij, tam Virginis, quam festi occurrentis: & quoties dicitur in officio, *Pater noster.* Similiter, quando dicitur *Confiteor* & *Credo in Deum. Cær.* 11.

Mediocres. Quoties in officio Diuino dicitur, *Iesus*, vel *Maria*: vel, *Deo gratias*: & versus, *Sit nomen Domini benedictum*: & in omnibus absolutionibus & benedictionibus, tã diurni quàm nocturni officij: & quando Fratres transeunt ante maius altare: & quoties in officio dicitur, *benedicamus Patrem & Filium*: & in Missa, *suscipe deprecationem nostram, Gloria tibi Domine, dignum & iustum est*, fiant Inclinationes mediocres. *ibid.* 15. 22.

Incorrigibiles.

Quando de nouo possunt recipi. Si post eiectionem, spem emendationis dederint: & literas probantes eorum mores, exhibuerint: à Generali, aut eius Vi-

cario recipi poterunt. Ità tamen, vt per integrum annum probationis, se Religiosos inter claustra in habitu seculari exhibeãt: sic enim in pristinum statum, ex Capituli Generalis assensu, redire poterunt. Et si per quadriennium laudabiliter vixerint, ad omnes Ordinis gratias recipi poterũt. *Quando prafici.*
*c.2.Barch.*10. 1602.

Non possunt eiici ab Ordine, nisi consulto Generali, vel Zeloso. Qui tunc, debent Sacram cõsulere Congregationem. *Quomodo eiiciendi.*
*c.7.Rom.*38. 1623.

Nunc verò, seruari debet decretum Sacræ Regularium Congregationis, ex peculiari facultate S.D.N. Vrbani VIII. 21. Septembris, anno 1624. pro omnibus Regularibus emanatũ: quod incipit Sacra Congregatio: *Quo statuitur, Vt nullus tanquam incorrigibilis eiiciatur, nisi à Generali solùm, de consilio & assensu sex Patrum, ex grauioribus Religionis, eligendis in singulis Capitulis generalibus. Idq́, non nisi postquam dicti incorrigibiles, probati fuerint in carceribus, in pœnitentia & ieiunio vnius anni: si elapso anno non resipuerint: instructóque processu, & plenè probatis causis expulsionis, ad Sacrorum Canonum præscriptum. Admonentur tamen, & per Iesu Christi viscera obtestantur Superiores Regularium Prælati, vt memores pa-*

ternæ charitatis, & mansuetudinis quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas Fratrum, quorum sanguis de illorum manibus exquiretur, antequàm extremum expulsionis remedium experiantur.

Nota tamen, quòd cum difficilè admodum visum fuisset, Generalem vltrà suos Collegas, continuè secum debere ducere, sex illos Patres, de quibus suprà, pro sola expulsionis causa, quæ rarißimè accidit: supplicatum fuit Sacræ Congregationi pro remedio. Quæ respondit, poße Generalem, vel eius Visitatorem, in qualibet Prouincia, cùm opus fuerit, assumere sex ex Definitoribus illius: de quorũ consilio & assensu poterit dictos Incorrigibiles eijcere. Ità se audiuisse à fide dignis Religiosis, refert Peirinis in Priuilegiis, super Constitutione XX. Vrbani VIII. §. 4. Verùm ad tutius procedendum, procurari deberet, vt hæc clariùs nobis innotescerent, ad hoc vt certiores hac de re efficeremur Ideò exiit subsequens mandatum, in Capitulo Generali vltimo.

Demandatum fuit P. Zeloso, vt consuleret Sanctissimum, quo ad decretum à Sacra Congregatione emanatũ, de Apostatis & Eiectis: vt sua Sanctitas dignetur concedere, quatenus assignati in vnaquaque Prouincia sex Definitores, cum Iudice competenti, possint incorrigibiles à Religione

Religione euomere. *c.* 3. *Barchin.* 66. 1629;

Infamans.

Verbo vel ſcripto, aliquod malum infamatorium dicens, quod iuridicè probare non poteſt, de aliquo Fratre, maximè probo: tenetur Superior ad petitionem partis, illi iniungere vt probet: aliàs, ad requiſitionem eiuſdem partis, ſeuerè puniatur. Ita vt, non poſſit admitti & habilitari, ad actus legitimos: & ſi talis admiſſio ſeu habilitatio facta ſit, ipſo iure ſit nulla. Et Superior qui negligens fuerit ad inquirendum hoc, vel puniendum, ſit ipſo iure ab officio ſuſpenſus. *c.* 1. *Valent.* 6. *c.* 4. 1541; *Valent.* 50. 1571;

Probare tenetur dicta, vel ſcripta.

In Capitulo autem primo Valentinenſi, additur; quòd Falſus accuſator, eſt perpetuò infamis, & nunquam debet ei fides adhiberi. Et quia aliquando accidit, quòd quidam poſtquam aliquem diffamauerunt, dicunt ſe audiuiſſe ab alio: ideò, qui dixerit ſe audiuiſſe aliquod crimen notabile de aliquo, vnde orta fuerit infamia; ſi non poſſit inuenire illum à quo accepit, acriter puniatur: & ſit infamis, tanquam primus inuentor illius criminis. *c.* 1. *Valent.* 6. 1541;

Vide Accuſans. Denuncians. Libri, ſeu Librorum impreſſio. Literæ diffamatoriæ.

Infirmaria.

Claustralis. Infirmaria claustralis. *Vide* Infirmi.

Exterior. Cùm cibis paschalibus vesci opportunum fuerit, aliundè quam per Claustrum, seu Conuentum, deferantur ad ipsam exteriorem Infirmariam: quæ, ad minus, quinquaginta pedum spacio, vbi locus compatitur, prouidè separetur. Quam etiam, absque Superioris licentia, residentibus ibidem infirmis, nullus ingrediatur. *Sororũ.* Prætereà, Sororum Infirmaria, muris vndique circundetur, & aliquanto spacio, ab ipso Conuentu separetur: atque cum interioribus eiusdem Cõuentus officinis, nullo pacto stare permittatur. Quam etiam, absque Correctricis licentia, nulla ingrediatur. *R.F.28.R.S.22.*

Carnes in Infirm.exter. comedere qui possint. In Infirmaria exteriori, comedere possunt cibos Paschales, cum infirmis; famuli Conuentuum, nec non in Conuentibus laborantes: hospites, post ingressum in Conuentum in infirmitatem incidentes: Lectores seculares, qui ordinariè in Conuentu docent, si qui sint: & Medici; si locus aptior non deputetur. Cæteris quibuscumque, sine mandato Apostolico,
1532. nullatenus permittitur. *c.1.Genu.32.*

An Fũdatores *De Fundatoribus & Fundatricibus, nulla fit mentio:*

mentio: & tamen, multis in locis, ad carnes in Infirmaria comedendas, admittuntur. Et certè, pro Fundatoribus videtur ratiò militare, cùm sint in domo propria: in qua sanè, non debent famulis postponi. Quod in illorum fauorem concludendum videtur, in Capitulo Generali: Sicut & in fauorem Fundatricum, saltem Reginarum & Principum. Absentibus enim infirmis, Infirmariis Conuentuum quorum sunt Fundatrices, aliquando ad habitandum vti volunt, per aliquos dies: quod impedire, ne totus quidem Ordo posset, absque damno valdè notabili. Et quamuis huiuscemodi Fundatrices, hac Capituli Generalis non indigeant declaratione: indigent tamen Correctores Locales: ne in casibus illis, illos in culpa esse quis existimet. Cæterùm nomine Medici, Chirurgos quoque, sicut & Pharmacopolas, venire censeo: cùm Medicina, Chirurgiam simul & Pharmaciam comprehendat. *& Fundatrices.*

Infirmaria, potest erigi in Ciuitatibus, quorũ Conuent. valdè distant. *c.* 7. *Rom.* 29. 1617. *Infirmar. vbi possit erigi.*

Infirmi, & Infirmæ.

Quamprimùm quis Fratrum, vel Sororum, Oblatorum vel Oblatarum, in ægritudinem inciderit; ad Infirmariam claustralem, per Infirmarium; vel, quo ad Sorores, per Sororem vel *Vt tractandi in Infirmaria claustrali.*

nantur in aliqua mansione in Conuentu existente, ab aliis tamen Officinis magis sequestrata; pro vt commodiùs id fieri poterit: & quòd potiùs ab ædificatione aliorum membrorum domorum huiusmodi (excepto dormitorio) cessetur; quàm à constructione seu ædificatione Infirmariæ huiusmodi. Vbi autem Fratres omni possibili diligentia adhibita, studuerint, Procuratores vel deuotos suos, in defectu Oblatorum habere, qui Infirmis prouideant: si illos taliter habere non potuerint, ne Infirmi interim debita cura careant, licitè possint fratres personaliter illis Infirmis obsequi: ipsísque de sibi necessariis cibis, de Superioris licentia, debitè prouidere. Fratres autem ipsi, ad Infirmorum curam deputati, duntaxat, ipsis Infirmis deseruire habeant. *Ita declarauit Authorit. Apost. Card. Senogal.*

At vbi ægrotum, vel ægrotam, ita constiterit euidenter cōualescere, quòd quadragesimalibus cibis assuetis sustentari queat: matura deliberatione præuia, ad pristinæ vitæ sanctiorem consuetudinem redeat, memor salutiferę professionis suæ. Nulli itaque Fratrum, ac Sororum omnium, aliter quàm hac stabili lege sanci- *Quādo debent ab hac exire.*

 tum

chalibus, videlicet, Carnibus, Ouis, Cæseo, Butyro, nec quibuscumque lacticiniis, neque ex eisdem congestis, seu productis, quouis tempore vesci: neque talium quidquam victui conueniens & aptum, intrò deferri facere, vllatenus permittatur. *R.F.27.R.S.21.22.*

Ponderent hîc Religiosi nostri, quod aliàs sui Ordinis Monachis; non quidem Quadragesimalem vitam Vouentibus, vt nos; sed à carnibus solis abstinentibus, ex vi Constitutionis ad peccatum non obligantis, exprobrabat D. Bernardus, in Apologia ad Guillelmum Abbatem; his verbis.

Ridiculum (si tamen verum est) quod relatum est mihi; incolumes ac validos iuuenes, Conuentum solere deserere: in domo se Infirmorum, qui non sunt Infirmi, collocare: carnium esu (qui vix ægrotis duntaxat, & omninò debilibus, ex Regulæ discretione, pro virium reparatione conceditur) non quidem corporis infirmantis ruinas reficere, pro incommodo; sed carnis luxuriantis curam perficere, in desiderio. Rogo, quæ est hæc securitas? Inter frendentium vndique hostium fulgurantes hastas, & circumuolantia spicula, tanquam finito iam bello, &

triumphato aduerſario, proiicere arma: & aut prandiis incubare longioribus, aut nudum molli volutari in lectulo? Quid hoc ignauiæ eſt, ô boni milites: Sociis in ſanguine & cæde verſantibus; vos, aut cibos diligitis delicatos, aut ſomnos capitis matutinos? Aliis, inquam, nocte & die cura peruigili feſtinantibus redimere tempus, quoniam dies mali ſunt: vos, è contrario, & longas noctes dormitando conſumitis; & dies fabulando ducitis ocioſos? An dicitis Pax, & non eſt Pax? Cur non verecundamini ad exprobrationem Apoſtolicæ indignationis? *Nondum enim*, ait, *reſtitiſtis vſque ad ſanguinem.* Imò, iam ad eiuſdem terribilis valdè comminationis tonitruum, cur non expergiſcimini? *Cùm dixerint*, inquit, *Pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient.* Delicata nimis medicina eſt, priùs alligari quàm vulnerari: membrum non percuſſum plangere, & necdum ſuſcepto ictu admouere manum, fouere vnguento vbi non dolet, emplaſtrum adhibere vbi cæſura non eſt. Ad diſcernendum deinceps inter ſanos & malè habẽtes, baculos in manibus porta

Hebr. 12.4.

1. Theſſ. 5. 3.

portare iubentur ægrotantes; planè necessarios; vt quàm pallor in vultu maciésque non indicat, baculus sustentans mentiatur inualetudinem? Ridendas an lugendas dixerim huiusmodi ineptias? Sic Macharius vixit? Sic Basilius docuit? Sic Antonius instituit? Sic Patres in Ægypto conuersati sunt? & cæt. *Et infrà.* Heu me, miserum qualemcumque Monachum! Cur adhuc viuo, videre ad id deuenisse Ordinem nostrum! *Hactenus D. Bernardus.*

Supportandi Fratres infirmi. Charitatiuè semper obseruetur, quòd cuncti diutino ac naturali languore cœlitus visitati, nedum in ieiuniis, sed etiam in cunctis Vigiliis, & quibuscumque Ordinis huius oneribus, benignè supportentur: & cibis quadragesimalibus abundantiùs quàm sani, refocillentur. Ipsi verò taliter visitati, de tempore adhuc sibi ad pœnitentiam peragendam commodato, gaudeant & gratulentur. *Regula F. 32.*

Idem planè, iisdem verbis, mutatis tamen mutandis, habetur de Sororibus. R. S. 24.

Sorores infirmæ. Permittatur pro Sororum Infirmarum consolatione, ac necessaria visitatione; quod ipsarum Confessores, & Medici corpo

corporales, quoties opus fuerit, accedant ad ſtrictã infirmariæ craticulam:ad quam Infirmæ præfatæ,ſe ipſas approximare:ac, ſi opus ſit,cum ductili lectulo,honeſtè deferri facere poterunt : quatenus ipſe Medicus, illas ibidem videre, ac tangere queat. *R. S.* 18.

Fratres,diutino ac naturali lãguore laborantes, cibis quadrageſimalibus abundantiùs quàm ſani refocillentur : & benignè ſupportentur in laboribus, ac vigiliis & ieiuniis, ac veſtimentis, & in cunctis oneribus Ordinis. Superueniente tamẽ aliquando ſupernaturali lãguore,huiuſmodi; Medici conſilio, permittantur tales languidi,aliquorum menſium ſpatio, carnes & lacticinia comedere. *Cor.* 56. *Vide* Habitus.

Vt ſupportandi languidi, lãguore naturali.

Vt, ſupernaturali.

At,quiſnam eſt languor,*quem B. Pater hîc* naturalem *vocat? Quis ille, quem* ſupernaturalem?Reſpondeo 1.*Fernelium lib.* 2.*de abditis rerum cauſis,c.*16. *dicere:*Quicumque diuinitus morbi delabuntur, naturalium quodammodo ſimiles apparent: at quia cauſam habent, medendi arti haudquaquam obſequentem, iure trans naturam appellandi videntur. *Tales fuiſſe dicit, peſtilentiam Dauidis tempore; morbos Iob,& Ezechiæ.*

chiæ. Tales esse, à dæmone & maleficis inflictos, permittente Deo:de quibus ait; Compertum habemus,magos,sagas,&c.aliquos in corporis extenuationem,cum languore summo traxisse. *Huc referri etiã posset deliquium illud,quod ex Dei amore feruentissimo procedit; de quo sponsa Cant.*2.Amore lãgueo.*Ex quibus patet,per lãguorẽ, Fernelium morbum intelligere:per morbũ supernaturalẽ,quem ille transnaturalẽ vocat,à Deo ità immissum, vt naturaliter sit incurabilis. Ideoq́;, omnes alios morbos, eundem sub naturali comprehendere.Hoc posito,*

Dico 1.*B.P, languorẽ naturalem, & supernaturalem , in hac significatione non vsurpare.* Probatur *euidẽtissimè,quia diutino ac naturali languore laborãtes, solùm cibis quadragesimalibus abundantiùs quàm sani refocillãdos esse dicit:solis laborantibus lãguore supernaturali, permittens carnes mãducare. At quis dicat,dantem Regulam non solùm sanctam, sed & mitem;intendere laborantes diutino languore seu morbo, à Deo extraordinariè non immisso,tabe V.G.melancholia, oppilatione , podagra & simil. debere semper à carnibus abstinere ? maximè cum febri laboranti, carnium permittat esum?*

Respondeo 2. *eundem Fernelium lib.* 1. *Physiologiæ tit. de morborum causis,c.*11.*dicere*; Morbos efficientium causarum, duo sunt

Morbos

ſumma primaque genera: aliæ inſitæ ſunt nobis & congenitæ, quas ab ipſo ortu accepimus: aliæ aduentitiæ, quæ nos iam editos, extrinſecus inuadunt. Inſitarum, aliæ naturales; præter naturam aliæ. Naturales, temporum ætatúmque decurſu, ſenſim nos immutant: & ſine ſenſu, in extremum ſenium mortémque deducunt. Hoc genere, eſt primordiorum ex quibus conſtamus repugnantia; & inſiti noſtri caloris efficientia. Præter naturã inſitæ ſunt, quæ vel ex ſeminis, vel ex materni ſanguinis vitio exortæ, morbos nobis acceſſunt. *Alias omnes, aduẽtitias vocat. Ex quibus*

Colligo *morbum illum, ſeu languorem, dici naturalem, qui ex cauſis naturalibus procedit: ex repugnantia ſcilicet quatuor elementorũ, quibus conſtamus; & quatuor primarũ qualitatum quæ ſunt in nobis; quæ repugnantia, in ſeniũ tandem nos deducit: ideóque, ſenectutem ipſam, eſſe morbum, ſeu languorem naturalem. Alios verò morbos, qui procedunt ex cauſis, vel præternaturalibus, vel aduentitiis; eſſe languores præternaturales, vel aduentitios. Vndè Ariſtoteles lib.* 5. *de Gener. animal. c.* 4. *ait;* Rectè dixeris, morbũ eſſe aduentitiam ſenectutem: ſenectutem autem, morbum eſſe naturalem. *His poſitis,*

Dico 2. *B. P. per diutinũ languorẽ, ſeu morbũ*

natura

naturalem; intelligere morbum illum, qui procedit ex causis naturalibus, modo explicato qualis est senectus Probatur 1. *quia hic morbus, expresse naturalis vocatur ab Aristotele & Fernelio; ad quod probabile admodum est, B. Patrem attendisse.* Probatur 2. *quia remedium quod huic langori adhibet, est sufficiens senectuti: quod scilicet, cibis quadragesimalibus abundantius quam sani taliter languidus refocilletur, & in cunctis ordinis oneribus, ieiuniis, vigiliis &c. benignè supportetur. Vt enim optimè probat Peirinis de Subdito q.4.c.6. in Ordine nostro, ratione senectutis præcisè, non potest cum aliquo dispensari ad comedendas carnes. Quia, cum Votum Vitæ Quadragesimalis quod emittimus sit solemne; est perpetuum, nec excludit nisi tempus infirmitatis. Nec obstat quod senectus ipsa sit morbus: non enim est talis, qualem requirit Legislator ad carnes mãducandas; vt patet, cum aliud remedium & non istud, huic morbo seu langori adhibuerit; mox allatum: quod scilicet pro langore naturali decernit. Neque enim concipi potest, quisnam langor sit naturalis, si senectus non est huiusmodi.*

Dico 3 *B. Patrem per langorem seu morbum supernaturalem, intelligere alios quoscumque, non solùm quos suprà trans-naturam Fernelius vocat, sed etiam quos à causis præternaturalibus & aduen*

& aduentitiis causari dicit, quos præternaturales & aduentitios vocamus. Prob. 1. *quia distinguit diutinum languorem seu morbum, solùm in naturalem & supernaturalem: nec de alio mentionem facit cui remedium adhibeat necessariū. Ergo per supernaturalem, intelligit quemcumque diutinum morbum & languorem, qui non est naturalis: alioquin, non prouidisset præternaturalibus & aduentitiis.*

Nec obstat, *languores præternaturales & aduentitios, non dici supernaturales. Licet enim rigorosè loquendo, nec sint, nec dicantur tales: supernaturales tamen dici possunt, quasi negatiuè, quatenus naturales non sunt; & illarum causæ, naturæ in puris naturalibus constitutæ adueniunt, & superimponuntur.*

Non obstat etiam, *B. Patrem aliis morbis prouidisse, cum ait; quod* si ægritudo examinata in Infirmaria Claustrali inualuerit, medici consilio deducatur infirmus ad infirmariam exteriorem, &c. *ibi enim, loquitur de morbis ordinariis, V.G. febribus; qui morbi, intrà certum aliquod tempus curantur; non de diutinis, de quibus agit separatim: illósque distinguit, in naturales, & supernaturales: istis, assignans esum carnium, per aliquorum mensium spacium; non illis. Et sic in praxi videmus Asthmaticos, Hectica, vel acuta Quartana laborantes,*

tes, Pulmones ſauciatos habentes, & ſimiles, variis temporum interuallis, carnes apud nos per aliquos menſes manducare: refocillatíſque aliquantulum viribus, ad priſtinæ vitæ quadrageſimalis ſanctiorem conſuetudinem redire, memores ſalutiferæ profeſſionis ſuæ: & de tempore ſibi adhuc ad pœnitentiam peragendam commodato, gaudentes & gratulantes. Ad quem tamen reditum non aſtringuntur, niſi cùm ità conualeſcunt, quod cibis quadrageſimalibus conſuetis ſuſtentari poſſint: ſicut de infirmis ordinariis dicitur. R.F.26.

Probatur 2. concluſio, *quia ſi per diutinos languores ſupernaturales, morbos longos præternaturales & aduentitios non intelligit B. Pater: ergo comprehendit illos ſub diutinis languoribus naturalibus, cum morbos ſeu languores omnes diutinos, comprehendat ſub naturali & ſupernaturali. At hoc dici non poteſt, quia naturali languore laborantibus, non permittit cibos paſchales, ſed tantùm quadrageſimales: ad quos illum velle perpetuò obligare Aſthmaticos, Hecticos, & ſimiles; eſt valdè durum, & à Regula miti, nimis alienum.*

Dici etiam poſſet, *per languorem naturalem diutinum, intelligi debere delicatam & debilem corporis conſtitutionem, quæ trahitur ex vtero materno: per ſupernaturalem verò ob rationes*

tiones præallatas, diuturnum quemcumque morbum, qui nos natos inuadit. Congruum quippe est, vt morbis istis laborantes, ciborum paschalium subsidio subleuentur: debiles autem à natiuitate, cibis quadragesimalibus abundantius quam cæteri refocillentur: & supportentur in ieiuniis & similibus. Ideò Cor. 109. *dicitur; quod* si quis causa frigiditatis se pluribus tunicis egere asserat, ipsi charitatiuè prouideatur. *Verùm, ne nimium delicati euadant Religiosi, languores suos simpliciter exponant; necessariorum prouisionem, Superiori cuius est iudicare, religiosè remittentes. Ait enim D. Bernardus.* Licet necessitas ità sit ordinata, vt nec querelæ sit locus vllus, & omnis sit superfluitas amputata: si quid tamen vel publicè vel priuatim addendum est, vel minuendum; hoc in Prioris est arbitrio, absque omni scrupulo obedientium subditorũ, vel periculo. *Et alibi.* Periculũ est Religiosorũ, dùm infœliciter blandimur nobis, & palpantes seducimus nosmetipsos.

De vita solitaria.

De subiectione voluntatis nostra, diuina.

Non licet Infirmis, sine Medici consilio & assensu, extra Conuentum carnes comedere. *c.* 1. *Genn.* 33. *Nunc verò seruanda sunt. constit. Clem. VIII.*

Quid extra Conuentum.

1532.

In Conuentibus, à Ciuitatibus & Vrbibus remotis, cum facilis ad Medicum non

Quid absente medico.

haberi poteſt acceſſus; onerata Correctoris & Seniorum conſcientia, infirmitatis qualitate conſiderata; de prædictorum omnium conſenſu, & Tonſoris ordinarij conſilio; poterunt omnes prædicti, quo ad eſum ciborum Paſchalium, Medici abſentiam ſupplere. *ibid.*

Si Tonſor abſentiam Medici ſupplere poteſt, poteſt abſentiam vtriuſque ſupplere Pharmacopola. Si in tali caſu, conſulendus Corrector & Seniores: conſulendus eſt & ſocius itineris. In illorum autem omnium abſentia, vt accidere poteſt, conſulenda conſcientia propria. Poteſt autem Medicus loci, in quo ſumus, dum peregrinantes in infirmitatem incidimus, Medici ordinarij Conuentus abſentiam ſupplere. Idem reſpectiuè dicendum, de Chirurgo & Pharmacopola.

Peregrinantes. Peregrinantes per Obedientiam, & in alieno Conuentu ægrotantes, iuxtà facultatem talis Conuentus, charitatiuè tractentur: nec propter hoc, Fratres alterius Conuentus, illi vbi eos infirmari contige-
1514. rit, aliquid reſarcire, ſeu reſtituere tenean-
1517. tur. *c.Tholoſ.30.c.2.Rom.18. c.1. Genu.21.cap.*
1532. *Paulit.39.*
1535.
Infirmorũ cura. Corrector, ſuæ valetudinis rationem habens ſuperfluam, & alienæ incurius: per ſuos Seniores, & per Prouincialem, ſi adſit,

ſit, de ſua negligentia puniatur: Ita quod, abſente Prouinciali, ſi Corrector poſt trinam monitionem non ſe Correxerit: per Seniores,& Capitulum Locale, per menſem ab officio ſuſpendatur: & per dictos Seniores Infirmis prouideatur. Quod ſi vrgeat infirmitas,non expectetur trina illa monitio,ſed prouideant Seniores.*cap.*1.*Valent.*11. 1541.

Si quis inciderit in morbum,quem Galli,Neapolitanum: Itali,Gallicum:Hiſpani Lasbusbas vocant: non coutatur cæteris Fratribus, tam in veſtimentis Eccleſiaſticis,quam in vaſis,cibariis & cæteris ſupellectilibus,ad vſum corporis neceſſariis:careátque perpetuò voce paſſiua. Et ſi ſemel ab Ordine eiectus fuerit,maximè interueniente Apoſtolico diplomate, nunquam denuò recipiatur:ne ouis morbida, totum gregem inficiat.*c.*1. *Foroiul.*3. 1547.

Contagioſus.

Infirmi, ſicut de Medici conſilio Infirmariam ingrediuntur,ità & de eorum conſilio, ipſorum onerata conſcientia, ab Infirmaria debent exire: aliàs non poſſunt cogi ad exeundum.*c.*4.*Genu.*14. 1574.

Exitus ab infirmaria.

Si etiam Corrector Infirmus, ab Infirmaria velit exire, poſt duos menſes; ne Capitulum de alio Vicario prouideat, ab eo quem ipſe nomina-

uit: ad eandem Infirmariam post vnam aut alteram diem reuersurus, ratione infirmitatis: & priorem Vicarium, pro duobus aliis mensibus de nouo nominaturus: non debet illi permitti, Medico inconsulto: cuius erit iudicare, vtrum talis Corrector, iuxta Regulam sufficienter conualescat; ità vt quadragesimalibus cibis sustentari queat: Contrarium enim, est in fraudem Capituli Maßiliensis 42. de quo Verbo Corrector. *Et directè contrà priuilegia Capituli Localis.*

Infirmi non exeant è Cõuentu. Dum Infirmi sunt in Infirmaria, non debent exire è Conuentu: & Prouinciales, imò & Generales, nullo modo possunt super hoc dispensare, sub pœna pri-
1617. uationis officij. *c.6. Rom.* 14. *Vide* Constitutiones Clementis VIII. Quadragesimale Votum. Valetudinarij.

Informator.

Assignãdus. Clericorum, Nouitiorum, Laïcorum, & Oblatorum debet assignari à Generali, vel Prouinciali; de consilio Collegarum. *c.1. Genu.* 12. *Paulit.* 31. *Vide* Clerici. Noui-
1532. tij. Laïci. Oblati.
1535.

Inquisitio.

Vide Hæresis: *vbi materiam istam ex pro-*

fesso

fesso tractamus , & vt materia exigit elucidamus.

Iudicare.

Cum defensio sit de Iure naturæ, & nemini negari possit; nemo inauditus & indefensus, iudicari potest; nec absens, nisi in causa contumaciæ. Tenentur enim Superiores ad defensiones dandas, & recipiendas: & vbi deficiunt statuta regularia, admittere sacros Canones: secundum quos etiam Regulares debent iudicari: & ad quorum obseruantiam, omnes tenentur, ex Tridentino *cap. 5. Genu. 8.* *Sessione vltima Reg. de c. 18.* 1584.

Nec obstat, *Mare-magnum, in quo conceditur Superioribus, liberè posse corrigere fratres secundùm consuetudinem Ordinis, & postpositis rimulis & apicibus Iuris; intelligendum enim est quo ad accidentalia, non quo ad substantialia, quæ sunt legitimæ probationes & defensiones: vt limitat Panormitanus in cap.* Qualiter & quando. *l. 2. Decretal. Item, loquitur de consuetudine rationabili & approbata, quæ scilicet non est contrà Canones & à Iure non reprobatur. Glos. c. fin.* de consuet. *in* 6. Non obstat, 2. *c.* 1. de dolo & contumacia, *l. 2. decretal. vbi dicitur, quod in Ecclesiasticis personis & negotiis*

rigor & districtio Iuris non requiritur: quia ibidem subditur, cum propter hoc iustitia non periclitatur. Non obstat tertiò, *Clem.* Sæpè *de verbor. signif. vbi habetur, quod in causis aliquando proceditur simpliciter & de plano, sine forma & figura Iudicij: quia per ea verba, non tolluntur quæ sunt de substantia Iuris, sed tantùm superfluæ dilationes & vanæ exceptiones: Iudicium enim quantumcumque summarium, defensionis copiam non subtrahit, vt ibidem dicitur, maximè cum agitur de graui præiudicio inferẽdo.* Non obstat denique *Correctorium, vbi dicitur variis in locis aliqua delicta Superioris arbitrio esse punienda, & similia: hæc enim non designant liberam potestatem, nec voluntatem; sed discretionem rationis & arbitrium boni viri, vt in simili latè probat Syluester. Verbo* Iudex. *quæstione prima. quæ omnia Superiores maturè considerare debent.*

Iuramentum.

Vitandum. Fratres & Sorores Regulæ vtriusque sexus, sanctum Dei nomen in vanum non assumant. Quin potiùs, in singulis dictis & factis, se, ac omnes proles eorum, necnon seruos & ancillas, ab omni prorsus Iuramento cohibere procurent. Et cum

huius

huius Congregationis Fratres, aut Sorores Iurantes audierint, eosdem in charitate corripere studeant. Attendentes Christi consilium, dicentis: *Sit sermo vester, est, est: non, non.* Vix enim recedet malum ab eo, qui assuescit Iuramento. *R.V.S.* 2.

Si quis in consuetudinem duxerit, publicè Iurare, per Deum, vel per Virginem Mariam, aut per aliquem Sanctorum & Sanctarum: vel per sanctum Euangelium: aut similiter fecerit aliud quodcumque Iuramentum: super hoc à Superiore charitatiuè moneatur. Et pro quolibet talium iuramentorum, semel comedat panem & aquam, duntaxat: vel grauius puniatur talis delinquens, ipsorum Iuramentorum grauitate, vel iteratione, debitè pensatis. *Cor.* 2. *Contrauenientium pœna.*

Præterea, periurans aliquis, vel enormiter imprecans, aut maledicens: pro quouis talium delictorum, duobus continuis diebus, comedat panem & aquam duntaxat: vel grauius puniatur talis delinquens, iuxtà grauitatem delicti, & indè consequuti scandali. Enormiter autem Iurans, vel blasphemans; pro quolibet enormi Iuramento, vel blasphemia, tribus continuis diebus, comedat panem & *Periurans. Imprecans. Maledicens.*

aquam duntaxat. Et cum hoc, prima die talis pœnitentiæ, ſpacio vnius *Miſerere*, in Capitulo, diſciplinam ſumat: vel grauius corrigatur talis delinquens, iuxtà grauitatem & exigentiam ſui delicti. *ibid.*

L.

Laïci.

Eorum officium diuinũ. SEu Conuerſi, pro Matutinis, trigeſies: pro Laudibus, decies: pro Veſperis, duodecies: & pro qualibet reliquarum Horarum, ſepties orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam dicant: verſiculis, *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, ſingulis cuiuſlibet Horæ ſalutationibus additis. Et pro Defunctorum Officio, decies *Pater noster*, ac toties *Aue Maria*; quotidiè recitent: verſiculo *Requiem æternam*: vltimò, *Aue Maria*, ſubiuncto. *R.F.16.*

De ſpiritualibus. Capitulariter definiendis non ſe intromittant. Præterea, de illis, qui de cætero ad aliquos Ordines Eccleſiaſticos promoueri habebunt: neque ſuper talibus ſpiritualibus negotiis, capitulariter definiendis; non ſe intromittant Fratres Laïci, ſeu Conuerſi: cum ad eorum ſtatum, & condi

conditionem, de talibus minimè ſpectet. Si quis autem ipſorum contrarium fecerit, iure primogenituræ per menſem priuetur. Et coram Fratribus, in menſis refectorij debitè collocatis, dicat quinquies *Pater noster*, & toties *Aue Maria.* Et vlteriùs, pro prima ſecundáque vicibus, vna die, comedat panem & aquam duntaxat. Pro tertia verò vice, per menſem incarceretur. *Cor.*71.

Laïci, non poſſunt eligi in Socios Generalium vel Prouincialium. *cap. Turonenſ.* 28. *Non ſint Collegæ.* 1511.

Ad chorum ſuſcipi poſtulantes, remiſſi ſunt ad exactam textus Regulæ obſeruantiam. *ibid.* 36. *Non admittantur ad Chorũ.*

Non poſſunt eſſe Commiſſi, ad Capitulum Generale, vel Prouinciale deſtinandi. *c.*2.*Rom.*6. *Non ſint Cõmiſſi.* 1517.

Laïcis, poſſunt duo vel tres ſpeciales confeſſores aſſignari, à Generali vel Prouinciali, *c.*3.*Rom.*19.*c.*1.*Bonon.*11. *Eorum Confeſſores.* 1523.

Decreuerunt Patres, quod ſi huius Ordinis Fratres Laïci, vel Oblati, ſuæ profeſſionis rationem non habẽtes, ad quemcumque Ordinem Eccleſiaſticum temerè euolare attentauerint, per annum incarcerentur: & ſingulis quartis & ſextis 1538. *Ordines ſuſcipiẽtium pœna.*

feriis

feriis, ſint in pane & aqua: & quandiû vixerint, ab exequutione omnium quæ Ordinis ſunt, abſtineant. Et abiectioribus cœnobij ſeruitiis exercendis, deputentur.
1535. *c. Paulit.* 19.

Et superiorū permittētium. Si quis Superior, quempiam talium ad dictos Ordines ſacros ſuſcipiendos, licentiauerit, cuiuſcumque conditionis ſit, ab officio deponatur: & ad omnia officia Ordinis inhabilis habeatur. Sociíque illius in hoc conſentientes, cum eo, actiua & paſſiua vocibus, & iure primogenituræ careant: donec per Generale Capitulum
1532. rehabilitentur. *c.* 1. *Genu.* 15. *c. Paulit.* 19.
1535. [l]Laïci vel Oblati, qui ſe ordinari fecerint, perpetuò ſint inhabiles: vtraque voce careant: iure primogenituræ priuen-
1532. tur: & ab exequutione omnium, quæ Or-
1535. dinis ſunt, abſtineant. *c.* 1. *Gen.* 15. *c. Paulit.* 19.
1538.
1541. *c.* 1. *Bonon.* 6. *c.* 1. *Valent.* 19. *c.* 7. *Genu.* 21. *Vide,*
1605. Oblati.

Intelligenda hæc ſtatuta cenſeo, etiam de Laïcis & Oblatis illis qui ſe ordinari faciunt cum Breui Apoſtolico, ſi non ſint motus proprij in quibus expreſſè derogetur Regulæ & conſtitutionibus noſtris, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Subreptitia enim ſunt huiuſmodi Breuia: tùm quia expreſſè prohibetur in

in Regula à Summo Pontifice confirmata, n. 52. ne quis ex nostris, quidquam facto vel scripto contra hanc Regulam impetrare, seu impetrari facere, quouis modo præsumat: hæc autem Breuia sunt directè contra Regulam, in qua n. 3. statuitur quod fratres Clerici, Laïci & Oblati, elapso continuæ probationis anno, ad professionem possint recipi: & quod ipsi taliter recepti, in statu professionis suæ perpetuò remaneant. Tum quia statuitur in Capitulo Paulitano, ab Apostolica etiam Sede confirmato, n. 7. vt obtinentes aliquod Breue contrà Regulam, per annum vtraque voce priuentur, & iure primogenituræ: denique, quia nullus siue subditus siue Prælatus sit, aliquid expediendum procurare debet in curia Romana, sine consensu Zelosi. Qui etiam non debet in eadem curia, quorumcumque fratrum nostri Ordinis negotia pertractare, nisi literis Prouincialis de consensu suorum Collegarum confectis, de illis informetur & requiratur, vt dicemus Verbo Zelosus, ex capitulis Turon. 11. primo Genuensi 5. & Paulitano 24. Ex quibus, non solum Paulitanum, sed etiam Thuronense à Sede Apostolica est confirmatum. Cum autem Laïci vel Oblati obtinent Breuia, vi quorum transuolant ad sacros Ordines, negotia sua furtim peragunt insciis Prouincialibus & Zeloso, ideóque & subrecticiè illa obtinent.

Hæc manifestiſſimè colliguntur ex c. Paul.6. vbi dicitur; Nonnulla Breuia, contra Regulæ noſtræ tenorem militantia, deſpicientes Patres, tanquam veri & ſinceri S. P.N.Franciſci de Paula vltimæ voluntatis ſequaceś, & ſuæ ſalutiferæ profeſſionis memores,cui contraire nefarium eſſe putauerunt:dignum duxere,illa & quæcumque alia, directè vel indirectè Regulæ noſtræ contrauenientia, infringere: etiam fratrum particulariũ ſi quæ forent.Quod vt debitè fiat,P.Zeloſus Sum.Pontificem conſulere habebit. *Quomodo enim Breuia Apoſtolica Patres deſpicerent, & infringenda dicerent? quomodo illorum deſpectum & infractionem Summus Pontif. non damnaret ſed approbaret (quod in genere ſaltem Paulus III.fecit in approbatione capitul. Paulitani) ſi non eſſent ſubreptitia? Vnde Breuia illa, quorum impetratio concluſa fuerat in c. 1. Genu. 34. 37. 38. in Paulitano citato deſpecta & laceranda iudicata; à Patribus, non ſummo Pontifici inobedientibus, ſed Zelo Religionis ductis; illáque ſubreptitia eſſe, procul dubio iudicantibus: reuocata fuerunt & annullata, per prædictum Breue Pauli III. nec in genere tantùm, ſed in ſpecie & expreſſis verbis.*

verbis. Vide quæ diximus Verbo Breuia Apostol. *ex c. Paul. 7. à Summo Pontif. confirmato; vbi, sub grauissimis pœnis, prohibetur Breuia impetrare contra Regulæ puritatem. At, ex prædictis satis constat, Breuia quibus innittuntur fratres Laïci & Oblati, qui ad sacros Ordines transuolant, directè esse contra Regulam. Et habetur expressè in c. 1. Bonon. 6. vbi dicitur.* Obtulit P. N. literas, quibus F. N. (qui cum Oblatus in nostro Ordine professus haberetur, retro respiciens, Ordine relicto, fecit se ad Sacerdotium, Sedis Apost. authoritate sub habitu S. August. promoueri) supplicabat, vt Patres Capit. dignarentur eum ad Religionem, & ad Ordinum susceptorum exequutionem admittere. Cuius petitionem, vt indignam responsione, non examinarunt Patres: cum apertissimè iubeat Regula, professos in statu professionis suæ, perpetuò remanere: & in c. Paulitano sit ordinatum, *& cæt. quæ supra ex hoc cap. posuimus. Posteà subditur.* Propter Reuerentiam D. Archipresbyteri, Sindicorum & communitatis terræ Paulæ, qui dignati sunt ea de re ad Capitulum scribere; propensiùs considerarunt Patres, posséntne sana conscientia dictorum deuotorum acquiescere voluntati. Perpendentes 1538.

Cum omnes Laïci, eorum professionis immemores, ad Sacerdotium, diplomatibus Apost. euolare procurent. Quam pestem, ne amplius in Religione serpat, de medio tollendam duxerunt, omnibus mediis possibilibus. Ideò P. Zeloso expresse imponunt, vt consulat S.D. vt Breuia talibus concessa infringere, & in futurum nulla alia concedere dignetur. Pro hactenus autem ordinatis, seruentur quæ decreta sunt in nostris statutis: & qui in posterum se ordinari attentauerint, vltrà prætaxatas pœnitentias, acerrimè puniantur ad Superioris arbitrium. *At certè, Religionis pestem non vocarent Patres, quæ fierent vi Breuis Apost. non subreptitij. Non imponerent pœnas, cum illo Ordines suscipientibus, vt faciunt. Imò decernunt, cum sic iam ordinatis, statutorum nostrorum decreta; seruari debere: quæ non sunt alia, quàm quæ in hac materia retulimus. Ideóque, illa omnia intelligenda docent Patres, citati capituli Valent. 22. de Laicis & Oblatis, etiam cum Breui Apostol. ordinatis. Excepimus tamen habentes motus proprios. Licet enim priuilegium subreptitiè impetratum, ad puram instantiam petentis, non valeat: valet tamen si motu proprio concedatur. Ità Panormit. in* c. Ad aures de rescript. *n.* 5. *& in c.* Dilectus.

de Præbend. & *Suares lib. 8. de legib. c. 12. n. 8.*

Primogenitura 1599. 1605. 1611. Debent omnibus Clericis, etiam non ordinatis postponi. *c. 2. Auen 9. c. 7. Genu. 13. c. Massil. 40.*

Informator Laicorũ. Quoniam vera disciplina, est honesta morum conuersatio, quæ maximè à viris religiosis venit amplectenda: idcircò decreuerunt Patres quod Fratres Laïci, habeant Informatorem, vsque ad finem triennij, ad minus, post eorum professionem: ipsis per Patrem Generalem, aut
1531. Prouincialem, de consilio Collegarum as-
1535. signandum. *c. 1. Genu 12. c. Pauli 31.*

Vox Capitul. 1514. Nullam habent vocem in Sociorum Generalium vel Prouincialium electione. *c. Tholos 4.*

1541. Nec in electione Seniorum: nec commissi ad Capitulum Prouinc. *c. 1 Valent. 27.*

1605. Nullam vocem habent in Capitulo, nisi post triennium professionis *c. 7. Genu. 12.*

At, Regula quæ solos fratres Oblatos arcet à voce capitulari, numero 17. & Correctorium quod fratres Laïcos solùm arcet à votando in spiritualibus, numero 71. supponunt, eosdem fratres Laïcos professos in cæteris habere vocem capitularem, nec eis vllum tempus determinant. Vndè, Cap. Generale, nõ potuit illos (sicut nec Clericos, antè Subdiaconatum, vt hic facit)

per

per triennium à professione priuare voce capitulari: quod enim per superiorem conceditur, per inferiorem reuocari non poteſt. c. Inferior *diſt.* 21. Nec obſtat Concilium Trident. dicens, Seſſione 22. cap. 4. de Reformatione non habere vocem in capitulo, niſi conſtitutos in Ordine Subdiaconatus. *Non enim monaſteria Regularia comprehendit; aliàs nequidem poſt triennium capitularem vocem haberent* Laïci. *Sic conſulenti Reuerendiſſimo Patri Paſſarello, tunc Generali reſpondit Sacra Congregatio Concilij interpres.* 10. *Ianu.* 1573. *ipſomet referente, in notandis noſtrorum priuilegiorum pagina* 453. *Adde, ex hoc ſtatuto maxima oriri inconuenientia. Si enim Clericus &* Laïcus *profeſſionem emiſerint eodem die, & incepto duntaxat ætatis anno* 17. *(quod multis accidit, è quibus inter alios quamplurimos, ego ſum) exacto triennio profeſſionis,* Laïcus *vocem habebit in Capitulo ex vi huius ſtatuti; Clericus verò, non. Item, tranſacto eodem triennio, abſque culpa non poterit* Laïcus *capitulari voce priuari, benè tamen Clericus etiam poſt quinquennium, ſi ſcilicet non placeat Capitulo illum ad Ordines promouere: Sicque, etiam cæteris paribus, & abſque vlla omninò culpa & cauſa, Clericus deterioris erit conditionis: quæ omnia rationi manifeſtè repugnant.*

Lectores.

Quales. Omnes Lectores, ità ſuas forment lectiones; quod eorum auditores, ad ædificatioŋiè prædicandum,& confeſſiones audiendum,idoneos & aptos efficiãt. *R F* 41.

Malorũ pœna. Inſuper, huius Ordinis Lectores ordinarij, communem ac laudabilem legendi modum excedentes, corrigantur per aliquem Superiorum Prælatorum: vel ſuorum Vices-gerentium.

Humilitas & ſedes. Lectorum humilitas & ſedes. *Vide* Primogenitura.

Lectura.

Regula Correct. & Cæremoniarum. Regula debet legi in Refectorio, diebus capitularibus. Correctorium verò & Cæremoniæ, aliis diebus. *c.* 2. *Rom.* 17.

Legitima.

Vide Nouitij.

Libri & Libraria.

Liber conſtitutionum. Liber Conſtitutionum haberi debet,in ſingulis Conuentibus: qui in capſa quatuor clauium reponatur. In quo, tenentur Superiores, ſcribere ordinationes, quas, poſt peractam viſitationem, relinquunt

cuilibet

cuilibet respectiuè Prouinciæ: vt, iuxtà constitutionem. *c.* 1. *Foroiul.* 18. cum alius 1547.
successerit Generalis, vel Prouincialis, agnoscat constitutiones sui prædecessoris: & an sint, pro tempore, necessariæ: an confirmandæ, vel abrogandæ, aut in melius commutādæ. Ordinationes etiam Capitulorum Prouincialium, quæ quotannis celebrantur, in singulis Prouinciis; scribantur speciali ordine, in aliquo libro; qui custodiatur in capsa Conuentus principalioris, Prouinciæ: vt à Superioribus videatur, quid benè vel non, ordinatum sit. *c.* 4. *Valent.* 60. *Vide.* Statuta. 1571.

Libros prohibitos qui habuerit, absque speciali licentia Sedis Apostolicæ, vltra pœnas Iuris communis & Inquisitionis, perpetuò munere legendi, prædicandi & confessiones audiendi, priuatus sit: & ad omnia officia inhabilis, vtraque voce carens. *ibid.* 46. *Libri prohib.*

Inhærentes Patres dispositioni sacri Concilij Tridentini, strictissimè inhibent in virtute sanctæ Obedientiæ, ne scripta, tractatus, compilationes, nec alia quæcumque à Fratribus nostris edita & edenda, in lucem prodeant: nisi de licentia Reuerend. Patris Generalis, (recognitis *Librorū impressio.*

 tamen

matur, ſecus ſi reus accuſatur: quia expedit peccata nocentium eſſe nota. *ff. de iniur. eum qui*

Librorum tranſlatio. *Vide* Obedientia. *Librorū translatio.*

Libros vendens, ad ſuum vſum conceſſos, à quocumque habuerit, vt proprietarius puniatur. *c. 1. Valent. 24.* *Alienatio, &c.* 1541.

Præcipitur Superioribus eorúmque Vicariis, vt libros qui per mortem decedentium Fratrum, vel titulo donationis aut legati, ſeu quocúmque alio modo, ad Cōuentum peruenerint; non vendant, diſtrahant, pignori obligent, donent vel concedant alicui, ſimpliciter, vel ad vitam: Sed in Libraria communi, (quam, ad minus in principaliori, Conuentu cuiuſque Prouinciæ, erigendam, ſtrictiſſimè curent Superiores Prælati) reponantur. Niſi fortè Conuentus haberet tales libros reduplicatos: vel iudicio eorundem Superiorū, minùs vtiles viderētur. In quibus caſibus poterunt vendi. Sed, eadem diſtrictione præcepti, teneantur Superiores, illorum pretium in alios libros meliores conuertere. Verum, ſi eſſent aliqui Libri parui pretij, poterit Superior Prælatus, Fratribus magis indigentibus, illos, ad vſum duntaxat, concedere. *c. 4. Valent. 8.* *Libraria.* 1571.

Iuxta Breue S.D.N. Clementis VIII. *Libri Librariæ Genueſ.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 19. Decembris 1595. prohibetur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, tam Superioribus quam ſubditis huius Ordinis: Item, aliis tam Religioſis, quam cuiuſcúmque nominis Eccleſiaſticis perſonis, vel ſæcularibus: quacúmque, etiam Epiſcopali, Cardinalitia, aut alia mundana dignitate & authoritate fulgentibus, ne libros aliquos, tam in Libraria Genuenſis Conuentus, nũc exiſtentes, quam in poſterum ibidem locandos, quacúmque cauſa, vel prætextu, amouere, extrahere, vel etiam mutuare audeant. Nec aliquis Superior, ſuper hoc quidquam con-

1596. cedere valeat. *c. 6. Genu. 32.*

Libraria huius redditus. Prohibetur inſuper ſub iiſdem cenſuris, ne annui redditus, quos eadẽ Bibliotheca habet, aliter, quam in emptione Librorum, vel alios vſus Bibliothecæ, impendantur. Idémque præcipitur obſeruari, pro Libraria Paulitana. *ibid. 33.*

Libraria Paulitana.

Eadem ſtatuta fieri deberent, pro quorumcumque Conuentuum Librariis, vel ſaltem ſtatui, vt non extraherentur libri ex bibliothecis ſine Superioris licentia, & relicto, in loco deſignando, inſcriptis, nomine extractorum librorum & Fratrum extrahentium. Amitti namque

que possunt libri, vel quia mutuo, vel quia dono secularibus dari possunt. De facto pereunt aliqui, quia, proh dolor! aliquando sub ceruicali collocantur. Quî fit, vt sæpe accidat, vt libri aliqui à studiosis quærantur; qui, absque prophetiæ dono, vix reperiri possunt. Item, cum Libraria sit vnum ex præcipuis Conuentus ornamentis, illud deperit, si ad nutum singulorum Fratrum, ex illa Libri extrahantur. Singuli enim aliquos accipiunt, quos in suis Cameris collocant, ad ornatum duntaxat: fortè enim, illos, aut rarò aut nunquam euoluunt: sicque Libraria denudatur, & depereunt libri: in quibus Prædicatorum, Doctiorum & præcipuorum Patrum Ordinis thesauri consistunt: quique, non ita facilè comparantur, sed cum impensis maximis.

Facultas imprimendi Regulam, Correctorium, Cæremonias & Missas B. P. N. Francisci de Paula, omnibus Prouincialibus conceditur. *c.2. Auen.25.* 1599.

Literæ.

Ipsæ Sorores & Oblatæ, extra suos Conuentus, absque Correctricis licentia, nullas literas transmittant. *R.S.8.* *Sororũ.*

Si quis literas fauorabiles à sæcularibus impetrauerit, seu impetrari fecerit; obedientiæ, seu Correctorio dissentientes *Literæ fauorabiles.*

(quales

(quales sunt, quæ impetrantur, vt aliquis mittatur ad hanc vel illam Prouinciam, à Generali: ad hunc vel illum Conuentum à Prouinciali: vt ad aliquod Ordinis of-
1523. ficiũ assumatur, & simil. *c. 3. Rom.* 17.) vtraque voce, per annum, sit ipso facto priuatus: & à Superiore suo, grauiter puniatur
1532. *ibid. &* c. 1. *Genu.* 24. *c. Paulit.* 42.
1535. *Paulus verò V. anno 1619. die 6. Septembris, in sua Constitutione quæ incipit* Admouemur. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; cunctis fratribus & Religiosis nostri Ordinis, expresse interdicit, ne ad instantiam quarumcúmque personarum extra Ordinem, etiam Cardinalium, Regum, vel Imperatorum, aliquos fauores, officia, dignitates, &c. sibi procurent: imò ne fauores huiusmodi sponte oblatos, & ab eis minimè procuratos, recipiant, sub pœnis excommunicationis ipso facto incurrendæ, & perpetuæ inhabilitatis, ad quælibet Ordinis Officia, dignitates &c. Insuper omnibus & singulis Superioribus præsentibus & futuris, in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, præcipit & prohibet, ne ad instantiam quarumcumque personarum extra ordinem, etiam Cardinalium, &c. cuiuis eiusdem Ordinis Religioso vllam gratiam concedant, vel pœnas aliquas remittant, seu gradus, honores, dignitates, Prælaturas, &c. concedant. *Per, vllam gratiam, intellige solùm pertinentem ad remissionem pœnæ, vel ad dignitates &c.*

obtinenda. ∫ *a Peirinis ac Subdito q.2. c. 2. §. 11.*

Literæ infamatoriæ, missæ cõtra quemdam Fratrem ad Capitulum Generale; remissæ fuerunt P. Prouinciali Calabriæ; vt inquirat de veritate earum. Et quare in visitationibus generalibus tacuerint, qui illas scripserunt, facti inobedientes. Quos vt audierint, si rei inuenti fuerint, per mensem incarcerentur & per triennium, vtraque voce careant. Auctori verò monopolij, duplicabitur pœna. *c.1. Barchin.* 1581. 21. *Vide.* Processans. Visitatio. *Famosa.*

Quo ad literas ad Capit. ad Superiores, vel subditos; &c vide *Cor.*96. 97. 98. 100.

Fratres nõ possunt Literas scribere ad se inuicem, nisi pro causa alicuius momenti, idque rarius quo fieri potest: & tunc, in literis nulla fiat mentio de delictis Fratrum, nec de pœnitentiis, nec de Superiorum Iudiciis in visitationibus factis, nec de electionibus faciendis, nec de rebus pertinentibus ad alios Fratres, & similibus: sed solùm de rebus propriis: idque, cum subscriptione Correctoris. Et cum recipientur literæ, antequam aperiantur, præsententur Correctori. Corrector autem, illas aperiat, & legat. Et si aliquid contra prædictum statutum *Fratrũ ad se inuicem missio.* *Receptio*

repe

reperiat, literas Prouinciali assignet, vt ipsum castigetur Frater qui scripsit. *cap.* 5.

1593. *Valent.* 21.

Superiorum. Qui Superiorum Literas ad alios directas aperuerint: secularibus ostenderint, vt laqueum ipsis iniiciant: à Notariis, Apostolicis & secularibus, vel aliis Fratribus, authenticare fecerint, per annum

1599. vtraque voce priuentur *c.* 2 *Auen.* 24.

Literæ supplices seu Memorialia. Qui Memorialia, aut alias supplices Literas, Papæ, Regibus, Prælatis, Principibus, & aliis quibuscumque; vel non apposito nomine suo, vel aliorum nomine ementito, absque illorum commissione, scripserint aut miserint; vtraque voce perpetuò priuentur. *ibid.*

Literati.

Eorum humilitas & sedes. *Vide* Primogenitura.

Luminaria.

Quæ & quot in Missis & Officio Diuino pro varietate festorum & dierum sint accedenda, *Vide* Cær. 10.